



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**


**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. De Angelorum Beatorum ministeriis erga Deum & Angelos alios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](#)

exercenda, & exequenda posse absolute committi, quemlibet exequi posse, & debere, ex prima oblatione conitat, & quidem de ministeriis, & officiis propriis Angelorum beatorum, tam erga Deum ipsum, quam erga creaturas alias rationales, sive Angelos, sive homines, ex Dei positiva voluntate, cuique suum officium, & ministerium contingit circa dubium est, de Dæmonum vero propriis ministeriis, & officiis, cum erga Dæmones alios, tum erga homines ac ex Dei positius ac permisissu voluntate mediat, vel immediate suum vnicuique prouenerit? sub indice adhuc lis est. Quoniam vero Angelorum beatorum ministeria ad valde diversa sis, que Dæmonibus exercenda ex suis ministeriis propriis sunt, obeunda, fuerunt à Deo instituta, & vnicuique designata, ut ex dicendis parbitur, seorsim, & primo de Angelorum ministeriis, & officiis; secundo de officiis, & ministeriis dæmonum agamus.



### QVÆSTIO I.

#### De Angelorum beatorum ministeriis erga Deum & Angelos alios.

**D**IXIMVS nuper Angelos beatos, cum erga Deum, tum erga Angelos alios, tum erga homines propria, & specialiter à Deo ipsi data, ac designata ministeria, & officia ad munia aliqua obeunda habere, Pro quibus cuicunque affigandis memoranda sunt, quæ diximus de hierarchiis, chorisque Angelorum, disputat, z. quæstione 5.

#### CERTAMENTUM I.

##### Ministeria Angelorum erga Deum, & Angelos alios statuuntur.

**1.** Officia quæ erga Deum beati & Angeli exercent, sive aliquibus propriis, nec omnibus communia ratione status beatitudinis, inuestiganda sunt: & enim Deum ardenterissime super omnia amare ( pro cuicunque naturali voluntatis, ac supernaturali facultate charitatis habuit ex parte potestis, & Dei clara visione ex parte obiecti, Dei scilicet, amandi ) tenentur: unde rursus obsequendi Deo, in omnibus ad nutrum, vt in nullo, ne levissimo, quidem, ab eius libri nota voluntate, sive omisissu, siue commississu possint abscedere, necessitas, etiam antecedens, beatis Angelis ex suo felicissimo statu fit. Sed vero hæc omnia ex ministerio, officio proprio, & speciali aliquibus Angelis à Deo commisso, & designato, non esse, vel in constat: quia in eis exercendis, ac erga Deum obeundis, Angeli beati omnes communient. Secundo, quia in eis omnibus obsequiis Deo praestans, & beatæ nunc separatae anima iustorum, & corporibus suis demum per resurrectionem restituta, reddituque ipsi iusti æternum cum Angelis communicabant. Ex status ergo beatitudinis felicitate summa communii, non autem ex speciali ministerij prerogativa ea erga Deum obsequia Angelii exhibent beati, igitur ministeria, & obsequia actualia Angelorum erga Deum, ex officio, & ministerio habituali spe-

Chrysoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I. L.

cialiter ipsis à Deo designato, & concessio, ex habita alia esse debent ab eis, que ex statu beatitudinis communii ab omnibus Deo exhibentur, & quæ Angelorum aliquibus non autem omnibus conueniant.

**2.** Ea vero sunt in Seraphinis ardenterissimis erga Deum amor, ex quo in via specialiter & præteritis aliis Angelis exercito, & natura sua ad eum concipiendum aptitudine expeditione, & promptitudine maiore primum chorū hierarchiæ prime, & supremæ honorem, & nomen datum Seraphinorum fuere fortis, in Cherubinis plenitudine scientiæ, de Deo, sive profundior, penitus, aque ex creatis penitissima Dei contemplatio, ad quam chorumque Cherubicum hierarchia euclidem secundum, cuiusque nomenclaturam, ex naturæ etiam sua maiori promptitudine, & expeditione ad Dei contemplationem, & speculationem perfectiore, cuiusque in via exercitio cum ex naturalibus tum ex reuelatione ostinerunt. Tertiū ministeriale, & ex officio obsequium Deo ab Angelis exhibendum est ab Angelis tertij, & postremi chori hierarchiæ primæ, & supremæ, à Thronis solliciti, qui pacatissima Dei sedes, foliique sunt quibus Deus specialiter insidet suamque maiestatem ostentat. Quibus gradus honorem, nomine obtinuerunt, cum ex naturæ promptitudine & propensione maiore effectua, vt se Deo ad id ministrum summitterent; vt Deum pacatissime ipsi infestarum recipere, cuiusque maiestatem, & gloriam eiusmodi receptione creaturis cunctis ostentarent, omnem suam connaturalem, tum supernaturalem in vitroque generi maximam, ei ministerio, & pedibus Dei, absque vila mentali perturbatione commotione, aut dedagatione in via etiam dicentes, & confrantes.

**3.** Hac ergo promptitudine expeditione, & quæ propensione, & inclinatione istorum omnium Angelorum, cuiusque ad actus præfatos, arque eorum actuus præcellentis exercitio à Deo attentis ad prefatos hierarchiæ, choros ad eorum actum, & obsequiorum Deo, ex officio, & ministerio proprio exhibendorum exercitium perpetuum, aduocati, ac designati Angeli à Deo sunt vt constat ex dictis citat. disputatione 2. quæstione 5. certamen 1. à num. 5. quæ ministeria, quæ ad eum, quæ personaliter obsequiis suis, & immediate pertingunt Dei coniunctores, & quæ Camera, & secreti familiares intimiores, eos Angelos constitunt. Porro in duarum hierarchiarum inferiorum Angelis nullum ministerij specialis obsequium Deo immediate, & quæ personaliter ex officio, & ministerio eorum aliqui, vel aliquibus proprio, inuenio, quod non ex statu communii beatitudinis proueniat; nisi, quod eorum quibus dum ministerium proprium suo gradu, & ordine erga creaturas alias commisum, ac demandatum in Deo industrie solerter, ac studiole obit, Deo quidem obedit, gratumque subinde ipsi opus exequitur & offert; quod tamen cuius bene, & ex Dei lege, & voluntate operari commune est, nec ex aliquo proprio, & speciali officio, & ministerio erga Deum exercendo proueniens. Nec illa Angelorum, ac Beatorum omnium in regali Dei speciali empyrei aula, speciale aliquod ministerium erga Deum, quæ personali, & Deum ipsum immediate, & specialiter pertinens importat; sed commune caelis illius aula, & Patriæ ciuibus ad curia, & aula regiæ maiestatem ornatum, & gloriam, cui ministeria, & dignitates, & portestate diversæ eis à Deo erga creaturas alias conceperunt, non parum inferunt, dum tam multos, curia, & aula illius caelis incolas illustiores reddunt, vt ex humanis licet facile colligere.

**4.** Illuminationem aliorum Angelorum ab aliis

mm

fiue

ORTEGA  
In I. part.  
D VIa.

274 Controu. VIII. de Angelis,

sue à Deo mediate per Angelos alios, eorumque ministerium negavit Durandus, in 2. disputat. i. quæstione 3. numero 10. alterius causaliter, sive actiue Angelos à solo Deo immediate illuminari, quia ab alio Angelo eius illuminatio aliqua natura, & causalitatis veræ physice, & reals prioritate procedat; tametsi censura grauis metu addat: vnum Angelum ab alio per consequentiam quandam illuminari, ut ita scholasticis reliquis aliqualiter, verbis saltu exequitocis, morem gerat, nec adeo aperte testimonis Patrum, præcipue Dionysij, communis hac in re magistris aduerteret, est autem illuminationis huius vnius Angeli ab alio per consequentiam, Durandi sensus, & explicatio, seu probatio ab ipso adhibita ibidem: quia, cum Angeli in diuini luminis iradiatione continentur, quod vni sui luminis communicat, sive scientia sua ipse, ac seipso veritas reuelat ceteris ab ipso ac seipso reuelati consequens est: & prius quidem ordine dignitatis angelis dignioribus, & hierarchiæ, chorius superioris, quam aliis minus dignis, & inferioris chori, & hierarchiæ. Hæc, inquam, ratione explicat Dionysij testimonium ex capite 14. de caelesti hierarchia, quod solum sibi obicit Durandus, sed insufficienter, cum dicat Dionysius vnum Angelum acceptam intelligentiam, seu illuminationem, communicare inferiori; atque hunc à superiori erigi, & excitari, à quo qualis digito viam monstrante edocetur: quæ causalitate superioris ad inferioris illuminationem, nec solam prioritatem illuminationis ordine dignitatibus demonstrat, illa, etiam, quæ dixerat, capite 3. medio, ordinem hierarchiæ, seu gradus hierarchici postulare, ut alii purgent alij purgantur, quidam illustrerent, alij perficiant, alij perficiantur, & capite 8. Angelos secundæ hierarchie purgari ab Angelis prima. Ac libro de Ecclesiastica hierarchia, capite 5. titulo de sacerdotilibus, perfectione, ait, inferiora per superiora, tandem in Deum reduci, que & alia, num. 6. ex Dionysio recitanda absque actione aliqua superiorum Angelorum in inferiores fieri nequeunt aut intelligi. Additam continuationem illuminationis, veritatum & secretorum Dei Angelis omnibus falso, & absurdè à Durando supponi; alias nulli reuelare aliquid posset Deus, quin omnibus, contra ius secreti, quod ne creatura rationali deneratur; & contra id, quod factum in mysterio incarnationis vidimus, ita soli Gabriel reuelato, ut nihil ad ipsum, quouis gradu, spectans alteri Angelo fuerit commissum.

5. Idcirco dico primo, contra Durandum; alios Angelos, ab aliis Angelis illuminari eisque medis à Deo, ac proinde non omnes immediate ab ipso Deo illuminari dogma certum Theologicum, Ecclesiasticum, & pene fidei est, & quod absque ingenti temeritate negari nequeat. Primum patet, quia est omnium Theologorum nullo templo conclusio. Secundum etiam, quia est totius Ecclesiæ, & si non desumpta sententia. Tertium, quia id se ab Apostolo Paulo Praeceptore, seu imitatore, ut ipse ait, suo dedisse, testatur Dionysius, capite 6. de caelesti hierarchia, cuius testimonio non potest absque ingenti valde temeritate fides, non deferri, sicut & quod ea Paulus ex Dei revelatione dicserit, vnde ingensis valde temeritatis notam Durandi sententia meretur. At dicit, Augustinum, capite 58. Enchiridij asserere nihil de hoc certum est: est enim certum item opera Dionysij multo tempore fuisse suppressa, nec facile obvia, & quorum exemplaria, ad paucorum manus, etiam studiorum, & doctiorum Patrum erant: vnde nec Gregorius Magnus, Augustino posterior, illa viderat; siquidem Dionysij sententiam de milione Angelorum, non ex eius lectione; sed ex aliorum relatione commemorat homil. 34. in Euangelia, quare Augustinum Dionysij opera, & sententiam hanc, quam-

ne quidem ex aliis memorat, non vidisse certum esse debet; & sic ibi, quia Dionysij hac in re toties repetitam, & constantem sententiam auctoritatem acceptam non viderat, incertam existimat. Sed ratio, quia Durandus scholasticorum omnium, & Dionysij auctoritatem, communemque Ecclesiæ sensum à Deo magna temeritate prætrivit, non solum, ut a recentioribus perfectoriæ lecta recitatur, ut facilis impugnatur, sed ut apud ipsum est, atque à nostro Val. quez fideliter proponitur: disputatio 216. capite 1. numero 2. §. Hac igitur Doctrina, quia Deus solus est causa proxima omnium, que pertinet ad statum beatitudinis, tam essentialem, quam accidentiaris, tam formalis, quam obiectivæ: sed illuminatio Angelorum, tam formaliter quam obiectivæ sumpta, pertinet ad statum beatitudinis ( siquidem est reuelatio mysteriorum, quæ ad statum beatitudinis, fatem accidentiaris, Angelorum spectant, aut aliquando spectabunt: ergo illuminatio Angelorum omnium à solo Deo proxime, & immediate causatur, sed maior est fata quatenus ad beatitudinem accidentalem ab eo ita defecitibilem: vnde cumque enim, & a quo cumque immediate scientia, & illuminatio obiectus cuius cognitione Angelus illustratur atque accidentarius gaudent, media vel immediate prouinat, atque illuminatur gaudent, atque accidentarius beatificaretur. Quid cum à Deo tandem, ut principali authore, ac disponente providencia conapparatori, ut per superiores causis, & ministros inferiorum commodis prouideat, nil improprio proportionis, immo vero multum apud ipsum proportionis habet, ut ex Dionysio dicimus vii. in hierarchia Ecclesiastica, ut per superiores immediate cooperantes inferiorum sanctificationis, & futuri ( que maius quidquam accidentaria illa beatitudine est) prouideat, led permilia maiore, minor absolute falsa est, siquidem illuminations, & reuelationes misteriorum, & secretorum Dei Angelis ab ipso factæ, (ut non omnes) plurime non ad accidentiarum eorum beatitudinem, sed ministraria farii hominum necessaria peccant: ut ex eorum pluribus, & plerique, quas ex lempre nominamus, confit, quod autem insuper Durandus pro sua infinita sententia de supernaturate necessaria obiectu illuminatione propoundi, & confirmatione intellectus illuminandi ( que vi & obiectu supernaturale proprium, à solo Deo fieri immediate debet) disjectum ex dictis est: clamque ex dicendis cert. 2. de materia illuminationis & modo, quo ea fieri immediate ab Angelis debeat reuelari.

6. Dico secundo, Angelis superioris hierarchiæ & gradus, seu chori intra eorum quanum hierarchiæ inferioris hierarchiæ, & gradus Angelos illuminant iuxta Dei voluntatem, & ut a Deo ibi sunt iuxta horum statum, & obeunda ministeria. Conclusio hæc atque est certa, ac præcedens: quia simul utriusque à Dionysio, Patribus, & omnibus ( durando excepto ) scholasticis traditur, dixi autem iuxta Dei voluntatem, & inferiorum statum, & ministeria obeunda: quia dubium non est, quin plura superioris gradus, & chori hierarchiæ Angelis reuelare Deus possit, que ad speciem statum, conditionem beatitudinis Angelorum chori illius, & ministeria spectent, quæ nullquamad statum conditionem, & ministeria Angelorum chori, & gradus, hierarchiæ inferioris pertinent: quare, nos, eis fint à superioribus Angelis communenda. Probatur conclusio primo ex scriptura locis, quæ Dionysius iam recitandus teigit, & alius decursu disputationis recitandus. Secundo, ex Dionysij testimoniosis pluribus. Primum ex capitulo iubar assatim haeseris, superiori hierarchiæ, & chori Angeli) hoc ipso p[ro]p[ter]e[m] modum abque iniudicio sequentibus fundant, sicut

in hoc ipso diuinis obtemperant legibus. At rufus ordinem hierarchie, seu hierachicum postulare. Vt alij parcentur alij parcent: quidam tace non solum doctrine illustrantur, quidam illustrantur, aliqui persicantur, alij persicantur, quod non solum de ordine vnius hierarchie ad aliam, sed de ordine chororum intra hierarchiam, quamlibet ordinorum intelligit; quia, & hic ordo hierarchie est: & capite quarto, sub med. clarius expressi dicens legem ministerio Angelorum datam, & per Moylem ad nos peruenisse: quasi illud ordo diuinæ legis sentiat: ea, que secundum locum obtinent, ab iis, qui primum ad diuinatatem erigunt, & excitari; Et enim, non solum in summis, atque infinitis montibus, sed in eis etiam, qui sunt eiusdem ordinis, hec lex à Deo sancta est: ut in quacumque hierarchia, & primi sint & medi, & postremi ordinis, inferiorumque, superiores sint, ejusque, quasi dixit viam monstrent, adiunquæ ostendant ad diuinatatem, illustrationem, atque conformatiōnem, & rufus. Statut summus ille, ac superfluentiale omnium ordo per singulas distinctiones primos, & medios, extremitates esse ordinis, atque virtutes: ut scilicet inferiorum spirituum excellentiores, quaque preceptores, ac duces sint, ac ibi, tanguam spiritus supra mundanum intelligentem modum rerumque rationes diuinæ illustrationibus, sibi accommodatis dicunt, & rufus ad propinquiora, & cognita, qui didicere, transmittunt. Item capite septimo, ait de Seraphinis, inferiora agmina ad sui similitudinem potissimum subeunt, lucida, illuminantesque proprietate iotius obscuritatis expulsive, de Cherubinis, indultam sibi sapientiam, in sequenti, & inferiora transfundunt, cap. insuper 8. de secunda hierarchia ait. Purgatur, illuminatur, atque perfectior modo quo diximus ( capite scilicet tertio, ) ex sacris diuinis intelligentiis fulgoribus in ilam per primas, superiorius distinctiones officium secundum loco manantibus. Est autem obiter adiutendum, cum Sancto Thoma, questione 106. articulo secundo ad primum & scholasticis reliquis purgationem, illuminationem, & perfectionem, eisdem realiter actus nomina esse: quæ quatenus lucem conferunt illuminationi, quatenus tenebras neſcientia, seu luci negationem pellit, purgatio, quatenus veritatis cognitione intellectum perficit, eius perfectio dicitur. Atque ibidem iterum, quod legitimus ( Zacharia ) per Angelum in alium Angelum cuiusdam rei peruersam notitiam evidens indicium esse arbitramur perfectionis à longinquæ reuertientia ac pro ipsius ratione in secundum perfectionis locum derivantur, capite 10. decet inferiores ( gradu hierarchie ) superioribus subadire, & hos Dei consilia exponere. eadem, ac totam de hac re doctrinam suam epitome tradit de Beelchaff. Hierarch. capite 5. tirolo a fæderalibus perfectionibus dicens. Inferiora per superioria tandem in Deum reduci per illuminationem, quam sacram efficientiam, & deificarum notionum transmutationem appellat. Denique membrum humana metaphoræ Angelis, applicans, & explicans, ultima de celesti Hierarchi, ait, Deuter. quad alimenta adhibita diuidit, unaqueque enim essentia, ac mente predita est vniuersum intelligentiam à diuiniori traditam accept, ut quedam, qua alijs natura confutat, dimitit, amplificat, pro captu, & ductu.

7. Consonant Athana libro de communis essent, scribens. Cherubin, & Seraphin, sine ullo media- tore, aut interprete Deo condicent. & ab iis eradiuntur inferiores ordinis, atque ita deinceps ca- teri pro suo gradu. Sophronius encomio de Ange- lis, ita Seraphinos allocutus. Splendorem, quantum sibi est, abque ullo modo exceptiu, exceptumque extorsus mentibus, & intelligentiis communem facit. Damasc. lib. 2. cap. 3. illud quidem perspi- cuum est: eos, qui prestantiores sublimioresque sunt Christoph. de Ortega, de Deo Uno. Tom. II.

Splendorem, & cognitionem inferioribus impetrare Bernardus, 5. de considerat. cap. 4. Sic de Cherub- ait: ex ipso sapientia fonte ore altissimi haurientes, & refluentes fluente scientia vniuersis ciuibus suis. Rufus homil. 1. super missus est, Luce 1. praefate sua sententia innitens Gabrieli à Deo, mil- sum dici censem quod non sit ex gradu inferiore, sed ex eo, qui gradum hierachicum superiore non habeat. Quia non ab alio forte excellente se ( ut auctor ) spiritu sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo possumus est à Deo. Quam Bernardi rationem laudat noster Salmeron, capite 3. tract. 3. §. Neque vero obstat, subfin. ea- que sententiam suam Andrea Hierofolimitanus ferm, de salut. Angel. Damasceni de dormit. Vir-гинis, Cedreni in compendio historiar. Gregorij hom. 34. in Euang. ante med. & Bernardi proxime, Cardinalis Senogallie in Dehacorda senten- tiam de primo ordine, & gradu hierachico Gabrieli, quod, scilicet, ex Seraphico sit, confir- mar: vt id ipsum multo eruditiss. & nationum pondere probauerit toto eo. §. & antecedente, §. dupliciter, med. ab illis verbis. Nunc illud in- terim agamus, probareque pergit, §. ex quibus ver- bis Daniell. Rationes huius conclusionis tenet Dionys. ex connaturali Dei providentia in creato- rum administratione, vt, scilicet, per superiores eorumque interuenient in inferioribus agar, & cum eorum virtutibus intermedii, generali tamen eius concursu subiecti cooperentur. Aliam etiam tetigit de maiori capacitate, & perfectione intel- lectuua Angelorum ordinis hierarchici superioris, & maxima ordinis supremi necessaria, vt inferioris ordinis Angelos illuminatione doceant, sequi- dem ex rei natura Doctor, & magister melius, perfectiusque, quam discipulus intelligere debet, que docet. Tertia est, quia Angeli suprema hierarchie, & chori Deo familiaris, coniunctiū que assistunt, quasi cubiculari, & vt Hispani dicamus, 'grandes de la camara de Dio' titulo au- tem familiaris, coniunctorisque Deo assisten- tia continua perpetua ex munere, & sui gradus hierarchici officio Deus, connaturaliter loquendo, mysteria, & secreta sua debet primum com- municare, & per hos proxime gradu hierachico coniunctis, & sic deinceps, qua vicuque secundum suum inferiorem, & distantiem, & Dei voluntate, communicari expediat, vt disp. 2. qu. 5. certam. 1. à num. 5. diximus, & humanis exemplis monstrauimus; dixi connaturaliter. Potest enim absolute Deus per inferiores Angelos de secretis, & mysteriis suis superiores Angelos instruere, immo & per homines etiam, iuxta illud ad Ephes. 3. vt innotescat Principibus per Ecclesiam ut bene, Val- quez, disp. 217. num. 2. Soar, lib. 6. cap. 15. num. 18. & si hic instructionem hanc superiorum ab inferioribus Angelis, vel hominibus illuminationem vo- cari nolit, quod de propria, & stricta, & hierar- chica, de qua hic verum haber, cum actus ille ex hierachico illo gradu, & ministerio non pro- ueniat; secus, de illuminatione absolute dicta, sub qua hierarchia continetur. Accedit titulus ex- cellentie charitatis & amicitia supernaturalis, qua suprema hierarchia, & chori. Angeli Angelis inferiorum graduum hierarchicorum excedunt: quo ti- tulo plura, & immediatus secreta Dei reuelanda sunt: vt in humanis vnu venit, & insuper naturalibus, & diuinis seruari debere, atque a se seruatum Christus Dominus aiebat. Ioan. 15. vos autem dixi amicos, quia omnia, quia audius à Patre meo, nota feci vobis.

8. Sed ex his rationibus postremis difficultas suboritur, titulo enim cum maiori, & coniunctoris assistentia Deo, & excellentioris in ipsum amoris, chorus solus supremus hierarchia summa, qui Seraphinorum est, videtur imme- diate à Deo secessorum, & mysteriorum Dei reuelationes, & illuminationes recepturus, ac

mm 2 in

ORTA. GA  
In part  
D VIa.

276 Controu. VIII. de Angelis,

in secundum Cherubinorum, connaturaliter loquendo, immediate transfusus ut ex Dioniso, & Patribus ac scholasticis omnibus docuimus. Ex ratione autem secunda ab eodem Dionysio tacta, praestantioris intellectus, & intelligentiae eorum, qua alii per illuminationem, & doctrinam tradenda sunt, necessaria in Magistro, quam in Discipulo edocendo: siquidem Cherubinos praestantioris Seraphinis intellectus, & intelligentia veritatum esse certa apud Dionysium, Patres, & scholasticos sententia est, quam, & nos disputatione, questione, statuimus, atque à non leui difficultate peculiariter vindicamus: inde vero fieri videtur, ut quæcumque à Deo secreta, & mysteria reuelentur, melius, perfectiusque, connaturaliter loquendo, percipienda intelligenda, ac penetranda à Cherubinis, quam à Seraphinis necessario sint: ac proinde Cherubinis, ut perfectius percepturus apiculique subinde, & alios doctris esse immediate à Deo reuelanda ut Seraphinos doceant, acque illuminent. Nec sans est plerunque in humanis Magistrum hebetioris, imperfectiorisque intellectus, & intelligentiae esse, discipulum vero ingenij acutioris, ac perfectioris intelligentiae veritatum, quas à Magistro edoceat: tum quia magisterium, & discipularius, non ex natura rei, vt in Angelis diximus, sed ex accidenti apud homines continent: tum etiam: quia, si quid euasio praefat, Dionysii rationem eruerit. Nec magis praefat, si ex parte difficultate cedas, ac dicas, Cherubinos, ac Seraphinos agere immediate à Deo, nec alios, per alios illuminari, vt exprefse Athanasius recitat, numero 7. initio pro quo non contremenda ratio occurrit: quia propinquior affinitas, & strictior charitas, & amicitia supernaturale cum Deo coniunctio Seraphinorum immediatam ab ipso illuminationem requirit: & si minus perfectae intelligentiae, quam Cherubini sint: qui eti non sunt à Deo, & affinitas propinquitate, & amoris coniunctione Deo coniuncti, tamen perfectioris intelligentiae, arque ad magisterium, & illuminationem aliorum sunt aptiores: vt in virili que, quod unius tituli excellenter defici præstantia tituli alterius compenetur. Non tamen praefat: quia Dionysii, reliquorum Patrum, & Theologorum (qui praestantioris eorum in uno, & definitum in alio apprime norunt, & docuerunt) haec enim ex ipsis à nobis statutam sententiam evacua: nempe à primo cuiusque hierarchia choro inferiores, & nominatim à Seraphinis inferiores prime hierarchie choros, ac subinde Cherubinos illuminari.

9. Respondeo tamen primo defectum minus perfecti intellectus Seraphinorum, quam Cherubinorum ex parte propositionis mysterij, & secreti reuelandi posse à Deo suppleri, ut perfectius est illud intelligent, percipiunt, ac penetrant, ac eis illa immediate Deus reuelat, ut strictior cum ipso affinitas, & charitatis coniunctio reproducit, quod nullus inferior exigit hierarchicus gradus, arque horum proinde possit connaturaliter esse. Doctor. Respondeo secundo, independenter ab eo supplemento diuino ex parte melioris, viuidiorisque propositionis mysterij reuelandi. Argumentum probare de perfectiore cognitione speculativa veritatum pure etiam speculatiuarum, secus de practica, & practicarum, etiam veritatum cognitione, cuiusmodi sunt mysteria, & secreta Diuina, omnia, qua illuminationis huius materia sunt, elseque solummodo possunt: ut certamine secundo, ostendemus: sunt enim, quæ ad arctorem cum Deo coniunctionem affectuant, cum Angelis, tum homines ducant, reddantque proinde Diuiniores, constat autem, ex dictis citato loco, ex disputatione secunda, in Seraphinis perfectorem practicæ cognitionem esse ad amorem Dei, ar-

ctiorenumque cum ipso affectuum coniunctionem, quam sit in Cherubinis perfectior speculativa, & physice considerata cognitione: unde, & in ordine ad alios ad arctiorem effectuam coniunctionem ducendos, inducendosque practice eis Seraphinorum cognitione quam in Cherubinorum perfectior: tum ex Ciceroniano illo apophthegmate. *Arcta experientia comprobato: tum quia, ad negotia, quæcumque obsequia, grata, & iuxonda, ei quem vehementer ardemus, vi Seraphini Deum, ingeniosior longe amor, quam intellectus est, valdeque induxit alius de amato, eiusque rebus concepiendo, aliisque ponendo, ut eorum amorem ipsi, & animos conciliet, quam de eis intellectu posse præsumi, ac non amantes, quantumvis ingeniosi, concipere, ac proponere alii possent: ita ut, licet amor pars ingenii physice non sit, illud tamen ita circa amatum acutat, atque vites rotatas exerat, atque erga illum disterat, ac ita cernat auctum, ut acutissimi metibus in corpora pinguat, ac prudenti astimatione rorū amantis ingenium mortaliter sit, id quod qualis ardenter amat experitur atque in Dei servis, ea ardenter amantibus verbis, & operibus exprimunt, in Deo, eiusque perfectionis penitus penetrans, atque ad alios Deo lucrandos propoundens, vlique ad stuporem supra naturalem captum ingeniosos illos esse, ac indutrius.*

10. Illud denum hic examini scholastico subesse potest. An scilicet Angeli, non solum Angelos beatos gradus hierarchici inferiores illuminant, sed & malos Demones dannatos? & illuminare illos etiam illuminatione hierarchica de qua loquimur posse, & de facto illuminate videntur. Siquidem plura Dei confilia & myteria, ex Dei voluntate, & decreto posse Angelos Demonibus manifestare, extra controverfiam est, & de facto esse illis manifestat ex variis scriptura locis facile colliguntur, Angelos autem omnes etiam infime hierarchia, superius ordinis, cuncti Demonibus, ad Dei secreta, & mysteria cognoscenda, aptiores, ea proinde posse eis illuminationes esse, certum istud est. Et si enim Demones plures nobilissima natura, & perfectioris intellectus pleribus Angelis sint, atque corum non pauci Angelis prius hierarchia, summis, Seraphinis, feliciter, & Cherubinis speciei, & nature præstantia, & nobilitate aequales, tamen statu perpetue damnationis, & iniurie Dei sunt ab ipso longe remotissimi; & Dei auctor euangelio, cum affinitate, tum amicitia arctiore, & proximiori ad mediatus, vel immediatus cognoscenda mysteria, & secreta diuina gradus proximiores Deo, ac superiores, vel remotiores, & inferiores Angelorum disponuntur: quare in ordine ad id à Deo infra omnes Angelos infimum etiam Demones sunt, ut nullus habeant gradum: ac proinde connaturalissime sunt, ut ab infimis etiam Angelis de Dei mysteriis, & secretis Demonibus instruantur, atque illuminantur: & si quandoque à Deo ipso (ut ex libro Iobi confortatur) suo absoluto iure, & potestate ut ente fuerit instruiri de aliquo, & illuminatio ex quibus collegi videtur Demones illuminatione proprie hierarchica, de qua loquimur, ab Angelis illuminati.

11. Censo tamen Demones ab Angelis illuminatione propria, & hierarchica (de qua agimus) nulquam illuminari de facto, nec de possibili, & si voluntate ab eis possint, & quandoque instruantur. Moneat primo, quia illuminatione rara Angelis ab alio, (de qua Dionysius, Patres, & Theologi omnes) actus hierarchicus est per Dionysium

sium, & Patres recitatos, & Theologos omnes: at qui secreti diuini transmissio ab Angelo in dæmonem actus hierarchicus non est; ergo nec propria, de qua agimus, illuminatio. Minor probatur: quia actus hierarchicus is solum est, qui prouenit ab Angelo ratione sui gradus, & offici, seu ministerij proprii hierarchici gradui illi hierarchico destinati; at instruacio, & revelatio mysterij, aut secreti Diuini dæmoni ab Angelo facta, nequit prouenire a aliquo officio, & ministerio proprio, & destinato alicui gradui hierarchico: vi patet ex officiis, & ministeriis propriis, cuique choro, & gradu hierarchico, à Theologis, & à Dionysio designatis; ergo nequit esse actus hierarchicus. Confirmatur ex ratione ipsa pro affirmativa parte data, quia, quod Angelus competit ex statu beatifico omnibus communis, non autem ex gradu hierarchico, cuique proprio, non competit eis, ex officio, & ministerio aliquo hierarchico: sed superioritas Angelorum respectu dæmonum, ut hos connaturaliter de secretis Dei instruant, ac proinde ipsa instruacio, non conuenit alicui Angelo ex gradu suo hierarchico, proprioe officio, & ministerio, sed ex statu beatitudinis cunctis communis, ut ex ratione dicebatur: ergo, nec superioritas, & potestas connaturalis dæmones instruendi, neque ipsa instruacio est potestas, actusue hierarchicus Angelorum, ac proinde nec propria hierarchica illuminatio, de qua agimus. Probatur secundo conclusio: quia illuminatio unius Angeli ab alio cum actua, tum passiva, de qua hic, tota intra ordinem hierarchici cum est, & continetur, quin ad aliquam creviam rationalem extra hierarchias, & gradus hierarchicos omnes possum extensatur; dæmones autem extra hierarchias, & gradus hierarchicos omnes sunt possit; ergo eorum ab Angelis illuminatio propria, & hierarchica non est. Major probatur: quia & si non illumina Dionysius, & Patribus, ac Theologis sit, ac fuerit, homines de pluribus suis cultoribus infinita hierarchie Angelis, instruti, tamen huius hierarchie, Angelis actuam illuminationem, non tribuerunt, ergo quia illuminatio, de qua hic, ad aliquem extra hierarchias carumque, atque gradus omnes non extendi centurunt.

12. Vigetur, quia ea de causa, à Dionysio, Patribus, & Theologis Angelos omnes, in hoc illuminationis negotio tripartitibus, scilicet in Angelos, qui non illuminati ab Angelis, alios illuminant, atque in negotio illuminationis angelicæ actiue solum gerunt, & in Angelos, qui ab aliis illuminati altis illuminant, ac proinde actiue, & passiue se in illuminatione habent, & in aliis, qui illuminantur, non autem, illuminant, ac se passiue prorsus in illuminatione gerunt: quo non solum actiua illuminatio, sed Angelorum (de qua hic) infinita hierarchie, & chori, seu gradus hierarchie in dæmones, & homines omittunt, (vt argumentum hoc ab authoritate, negatius solummodo esse cenfer posse, sed expresse negant illuminationem actiuanam propriam ad aliquem, extra omnes hierarchias, earumque gradus, & choros hierarchicos possum (vii dæmones possunt) in Angelis esse, dante vñquam posse. Tertio principaliter probatur conclusio, ex probations data confirmantur: ex natura, & essentia ipsa illuminationis que ei dimissus date sunt ad Dei intentionem traductior: vbi ab illis verbis, & actio, quia, omnem actum hierarchicum ac subinde actum illuminationis, de quo inferius agit, definit. Ex eis autem verbis sic arguo, scilicet hierarchica illuminatio, seu propria illuminatio est, quia illam tunc recipiens, tum agens ad Dei similitudinem accedit, ad cuique intentionem traducit; atque dæmon in statu damnationis nulla instructione de mysterio, lectore aliquo Dei ab illo Angelo facta adducitur ad intentionem, & voluntatem Dei, neque ad Dei similitudinem accedit, neque accedere, adducere ad alternatum potest. Secundo quidquid dæmonibus ex my-

steriis, secretis divinis reuelatur, ipsi nulquam proficiunt, & practice perfectum est, nec alicui, cui ipsi bonum velint, led omnia ad eorum malum panam, inuidiam, & rabiem: unde, & si in pura speculatione sicut intellectus eorum manifestatio, ac proinde dæmones ipsi perficerentur, eisque bona, ea manifestatio foret, affl. cum ex ea, non, nisi pœna, dolor, ira, rabiæ, & inuidia eis accrescat illos absolute perficer, bonumque, & perfectionem absoluere afferre non possunt: vt de fide supernaturali, quam eis ad tremorem, & pœnas alios affectus Deus, ut diximus, concedit, fatendum est. Confirmatur: quia marificatione, seu intimatione, sententiae vel mortis, led ad tristemes reus dubio procul, de eo, quod ignorabat, instruitur, acque veritatem, quam ignorabat cognoscit, & ibi sicut intellectus perficeretur, bonaque illi ea cognitio foret; affl. quia doloris, tristitia, & crucis causa est, nec bona Reo, nec perfectio absolute est, illuminatio autem omnis etiam late, neum stricte, & propriæ sumptuæ de qua hic) bona, & perfectio absolute illuminati esse debet, quod si bona hominibus sua secreta diuina, quæ, ex Dei voluntate dæmoni ab Angelo reuelantur, ut ea hominibus manifestent: id quidem hominibus bonum, dæmoni vero malum est; atqui quod proinde, non, nisi iniuit faciunt, & coacti, cum homines pestilente oderint, corumque saluti inuidiant, ac de se eorum perditionem anxijs procurent.

## CERTAMEN II.

*De illuminationis angelica materia & modo quo ab Angelis fit.*

1. Ita materiam illuminationis, seu veritates, quas illuminatione propria, & hierarchica, posset Angelus superior inferiori manifestare, supponenda aliqua funt. Primum notitia, seu visionis beatifica obiectum non esse illuminationis hierarchicæ, de qua hic obiectum, seu materiam, quia Deus ipse obiectum, sibi visionem intuituum, cuique beatorum pro meritorum mensura, & quantitate se ipso, nec villo intermedio Angelo communicat, nec ultra eam mensuram vltius alicui Beatorū à Deo adhuc angelicarum augerier vñquam poterit. Secundo quia illuminationis supremorum Angelorum primæ hierarchie, & chori superponit Angelos Beatos omnes, & cum visione Dei, ac per hierarchias, & choros dispositos, ergo Deus ipse, non est obiectum, seu materia illuminationis hierarchie stricte, & proprie, de qua hic, sed presupposita intuitionis, & ante illuminationem hierarchicam prævulsum. Tertio, constat ex testimonio Dionysii, & Patrum recitatis vbi illuminationem, ex illustrationibus, eius veritatis, quia ante illam (ne sumam quidem Angeli sibi) à Deo in hos immediate immisissimis ortum habere, atque initium sumere docent; Deus autem ipse à nullo Angelorum, in vila hierarchia posito nesciebat. Confirmatur: quia illustratio de visione Dei beatifica, quia Deus, vi in se est videtur, nusquam dicitur. Confirmatur secundo: quia illuminationis est actus purgans, illuminans, & perficiens illuminationem ex Dionysio retulimus, & exemplum cert. i. n. 6. purgans scilicet à nescientia: illuminans tenebras, & obscuritatem intellectus Angelici circa obiectum illuminationis manifestatum: perficiens illum ciudem obiecti & veritatis cognitione, quam easiat, in illuminato, circa Deum autem ipsum in nullo Angelo, in finimo etiam postremo hierarchie, nescientia; ac tenebrae sunt cum clara illuminatio prior ad omnium in suas hierarchias, choros, gradusque hierarchicos, distinctionem, & dispositionem omnes Angeli videant: perfectio autem in clare videnda absolute, seu quatenus ex parte obiecti est, in nullo esse ob eandem rationem potest, ex parte autem modi, seu intentionis videnti illum ab Angelo illuminante, nequit prouenire, sed ab specie

ORTEGA  
In 1. part  
D VIa.

278 Controu. VIII. de Angelis,

imprecta intentione, ac viuidiore Dei, quam Deus solus, non autem Angelus potest producere in illuminato, vel à Deo ipso specialiter specie viuationis, loco concurrentes. Ad hanc quod intentionem, visionis beatæ nisquam est in Angelis augmentum, nec per extensitatem erit. Addit illustrationem superioribus Angelis, ut inferiores illuminant, à Deo immediate faciendum gratitam, & graciōam esse debet, nec statu eorum beatifica debitan (nendum inclusum, ut Dei ipsius visio in eo statu includatur, ut iam dicam) per omnes Doctores. Denique rationes omnes, quas Dionysius, & Patres testimoniis recitatis cert. 1. n. 6. & 7. retigere, ac nos illico instruximus, pro connaturaliori prouidentia illuminationis hierarchicæ, inferiorum Angelorum à superioribus, hoc ipsum euincunt. Maior quippe, minore coniunctio, cum assistentia, tum charitas, & amicitia supernaturalis perpetua cum Deo, ex qua summis, & coniunctissimis Angelis immediate à Deo illustrari, inferioribus vero, & inferioribus mediatis, & mediatis per proxime superiorum illuminationes, ex perfectiore, & intensiore, remissioreque, & remissiore Dei visione, in quoquoque supposito promana.

2. Ex hoc certo, & stata apud Patres, & Doctores omnes supposito, dico primo. Nulla veritas, seu obiectum, quod ab Angelis in verbo, proprie loquendo, viderit, est materia, seu obiectum propria, & stricta (de qua hic) hierarchicæ illuminationis. Dixi propriis loquendo: quia, si ut aliquid videri in verbo à Beatis propriè dicatur, satis esset, videri illud à Beato diuina cognitione, & per accidens coniuncta cum visione Dei, vt auctor Caiet. ad q. 57. a. 5. Scors in 2. d. 9. q. 2. §. Ad aliam questionem. Bafol. q. 1. §. Ideo dicit. Aegid. q. 1. a. 5. Aureol. apud Capr. in 2. d. 11. q. 2. a. 2. sub fin. dubium esse non posset, quin plura, quæ ea acceptio in verbo ab Angelis videntur, materia, & obiectum hierarchicæ, & strictæ illuminationis sint. Si quidem eorum cognitio per accidens saltet cum Dei visione in eis coniungitur; sed tamen valde improaria, & abulia visionis eorum in verbo ea acceptio est. Videri enim vnum obiectum in alio influxum aliquem, aut motionem intentionalem visionis obiecti huius in visionem obiecti alterius, quod in ipso videtur, ac proinde connexionem aliquam, vel identitatem (ut alij volunt) vel illusionis, & determinationis, aut exactioris, in visione eius, in quo alterum videntur est, ad huius alterius visionem (vt melius, cum Valquiana doctrina, & schola censeo) necessario importat. Mitto plura alia, quæ Scors, & Bafolius huc sunt Doctrinae de illuminatione, eiusq; materia & cognitionibus, cum illuminantis Angelis, cum illuminati addunt, obfuscaendæque illuminationi, cuiusque materia confundendæ solummodo, inferuntur, ac bene à Vasq. confutantur d. 217. c. 2. n. 9. § Secundo ex eadem doctrina, iam vero de obiectis, quæ proprie loquendo, ut explicatum, in verbo à Beatis Angelis videntur, conclusionem nostram tradunt expelle, Capreol. vii proxime a. 3. ad argumentum contra tert. conclus. Herib. ibi d. 9. q. 1. a. 2. ad. 3. arg. Vasq proxime n. 7. & 9. fine Soar. c. 12. & Theolog. reliqui: quibus citati nuper minime aduersantur: quia non de obiectis, quæ proprie in Verbo videntur, sed que videntur improprie, ut vidimus, sunt locuti. Ratio conclusionis est: quia ea solum in Verbo, seu in Deo videntur à Beatis, quæ, vel simili identitate cum Deo, eademque visione beatæ, vnicuique pro meritorum mensura, videntur, vel potius, & verius, ex vi visionis beatæ ab in quoquoque videntur: qui que ita, ex vi, visionis Dei debita videntur à Beato, quousque sunt obiecta visionis perpetuae, & passiones ineparabiles physice, & connaturaliter à visione Dei ergo non sunt obiecta, & materia illuminationis. Probatur: quia, quæ sunt obiecta, & materia illuminationis, seu illustrationis à Deo ad tempus, & pro tempore: item non debite connaturaliter vnicuique Beato pro gradu, & mensura debita ipsiis Beatitudinis, & visionis Dei sunt.

3. Probatur inde ulterius illustratio illuminationis beatorum Angelorum à Deo sit, ab ipso omnino, & absolute gratuito per omnes Thelogos: atque visio co-

rum, quæ ex vi visionis Dei à Beatis videntur, tributur, et si que à Deo ex debito connaturaliter status beatifici, & visionis, seu essentialis Beatitudinis Beati cuiusque, ac subinde, non sicut gratuitò profus, & absolute gratis, ut diximus, ergo neq; est illustringit illuminatio, atque à Deo, neque eius obiecta sunt materia proprie dictæ, strictæ, & hierarchicæ illuminationis, de qua loquimur. Probatur tertio cœclufo: obiecta, & materia hierarchicæ, strictæ, & specialis, illuminationis, de qua hic, sunt obiecta, quæ supremi chorii, & hierarchicæ Angelis tantummodo manifestantur immediatae, ac reliquis graduum hierarchicorum inferiori, non immediatae à Deo, sed mediare, ac interuenient manifestatio facta inferiorum chorii Angelis ab iis, qui superiorioris chorii sunt: Atque ea, quæ ab Angelis quibusque, etiam infra hierarchicæ & chorii, ex vi essentialis sua beatitudinis, & visionis Dei in verbo videntur, non medianibus Angelis superioris gradus, eorumque manifestatio, sed immediatae à Deo manifestante videntur: ergo nec sunt materia, & obiecta strictæ & hierarchicæ, ac specialis suis illuminationis. Minor probatur: quia exigentia & vi visionis Dei beatæ connaturaliter, ac proxinde nullo alio expectato, & quæ in Verbo videntur, videri à Beato facit Deus, ac prius natura, quam Angeli in hierarchias, & choros superiores (ex quibus ius illuminandi, tam ætate, quam passione, eis competit) disponantur, ac distinguuntur. Probatur quartus: quia, que in Verbo videntur, non manifestantur à Deo testificative, & authoritatis, sed effectivæ solum, ut producent physice eorum obiectorum species, ut concurrent loco earum, ut causa particulari cum Beati intellectum ad eorum visionem, iuxta exigentiam essentialis beatitudinis, & visionis Dei, nihil autem est obiectum, & materia illuminationis strictæ, & hierarchicæ, nisi Dei revelatione datum innitat, ut ex iam dicendis contabit: ac proinde, nec que, ut diximus, in Verbo videntur, nec eou vi, nec vilo essentialis beatitudinis, & vi ab uno Angelo manifestetur, alteri, vel physice solum manifestetur cunctis à Deo, ut vnuquisq; de alterius felicitate congadeat, & letetur materia predicitæ illuminationis erit. Immo, esti à Deo vniuersis, & singulariis immediate aliorum omnium visiones euimodi reuelentur: quia, eis, quatenus testimonio, & authoritate Dei substanti, obiecta, & materia proxima illuminationis hierarchicæ esse possent, ut, vi de facto tales sint prater innatam cognitionem, cum Divina auctoritate ad hierarchicam illuminationem, ut per superiores Angelos inferioribus ex Dei voluntate, & auctoritate manifestetur, requiruntur, quod cum revelatione, cunctis immediate à Deo facta componi requiri.

4. Dico secundo. Nulla veritas Angelis independenter ab illuminatione nota, aut naturaliter de se, vel ex presupposito in ipsa scientia ab illis cognoscibilis (sive ea veritas naturalis, sive supernaturalis sit) est materia, seu obiectum hierarchicæ illuminationis, quod illud. Sive supernaturale sit contra Gabriel. in 2. d. 9. q. 2. a. 4. conclus. Aegid. q. 1. a. 4. dub. 4. apud Soar. c. 1. n. 6. § Tertia differentia altere omnis veritatem supernaturalem esse obiectum a materiam illuminationis hierarchicæ. Probatur conclusio de notis presuppositis ad illuminationem, quia illuminatio essentia, & propria vocis significatio, dicit adductionem, & inductionem lucis intellectu, circa obiectum, & veritatem aliquam circa quem lucem non habebat, sed in tenebris nescientia erat illuminationis: atque circa omnes veritates, & obiecta, etiam supernaturale independenter, & ante illuminationem Angelis nota lucem cognitionis intellectus angelici habebant, nec in tenebris erga illuminauerabantur: ergo obiecta ipsius iam nota, etiam supernaturale, non sunt obiecta, & materia illuminationis. Probatur secundo, ex duplice illo testimonio Dionysij recitatis cert. 1. n. 6. vbi tres illuminationes intellectus, vel vnum potius per tres illius effectus necessario & omnino indefectibiliter praedictos intellectus Angelii illuminati reconseri. Scilicet, infundi lucem positive, quod illuminatione præcile significatur: purgandi à tenebris conscientia, & perfici-

inelle

intèdum veritatis cognitione circa quam illuminatur. Secunda vera pars (quod scilicet obiecta, quæ Angeli, beati, vel de se, vel ex præsuppositis simul cognitionibus; etiam circa supernaturalis, possunt naturaliter cognoscere materia, & obiecta illuminationis hierarchicæ, non finit) probatur: quia illuminationis natura sua est completio, & sufficiens virtutis naturalis intellectus Angelicæ ad cognitionem obiecti circa quod illuminat, est: atque circa ea, quæ vel de se, vel ex diuinitate, & præsupposita cognitione supernaturalis obiecti potest naturaliter intellectus angelicus cognoscere, complectans habet eam cognoscendi virtutem naturali, sive absolute, ac de se, sive ex adiuncta, & præsupposita supernaturalis obiecti cognitione; ergo neque deest naturalis eius virtus, aut naturalis eius virtutis defectus aliquis est ad præfata obiecta cognoscendi sufficibilis; ac proinde, nec ad ea cognoscenda, illuminationis esse poterit, neque ea obiecta materia illuminationis. Probatur secundo ex testimoniis Patrum recitatis cert. i. n. 6. & 7. conclusio, & simul probationis proxime maior, in eis quippe dicitur *indulsum Angelis summis adeo sacratissimum in bar, & plenarem, ipsamq; à Deo seu fonte luminis eos haurire, atque illuminatione ad divinitatem erigere, & excitare, & plura alia que ultra vires, & exigentiam naturalem intellectus angelici beati & notitiam mysteriorum, & obiectorum supernaturalium in via habitat instructi, circa quæ, vel mediate ad Deo illuminandus Angelus est, cognitionem esse declarant, indebet prorsus, & gratuato ad Deo concedi.*

5. Confirmatur: quia illuminatione robatori intellectum illuminari ad obiectum eius cognoscendum. S. Thomas, in scholasticorum plurim sententia expressa est, ac, rite intellecta roboratione, ab omnibus debet concedi, ut mox videbimus. Roborato vero idem est, ac addi intellectu Angelii beati illuminandi robur (quod nec de se nec ex adiuncta notitia supernaturalium obiectorum, quam ex via ad statum beatitudinis fecum tulit, & quam ipso ingressu necessario recipit) ad obiectum illuminationis perciendum, quoniamocumque robur illud addatur. Confirmatur secundo: quia obiecta omnia strictæ, & specialis huius hierarchie illuminationis, de se talia, Dei speciali, & indebita efficiencia, ac reuelatione egenti, ut cognoscantur, possint in actu primo, proximo ad illuminandum, cognoscere, ut statim dicemus; sed nullum obiectum, ad quod intellectus, vel de se, vel notitia aliqui obiecti instruens cognoscere naturaliter potest, eget speciali Dei efficiencia, aut reuelatione, ut ab intellectu ita instruens cognoscatur: ergo nullum obiectum ab intellectu angelico, vel secundum se sumptu, vel etiam instructo notitia præ habita obiecti aliqui, etiam supernaturali, naturaliter cognoscibile, obiectum, & materia illuminationis specialis hierarchicæ de se potest. Ne autem de cognitione naturaliter habenda ab intellectu angelico, ex præsupposita notitia aliqui obiecti supernaturali, cuiusmodi, & cuius obiecti fit, dubites. Dico non esse eiudicemus obiecti, & eodem modo propositi, quod notitia præhabite obiectum era, Id enim minime est vnum in alio, vel ex alio naturaliter cognoscere, atque ex eius cognitione præsupposita alterius cognitionem deducere, sed in præsupposita ipsa perfiliere. Aliud ergo obiectum ac diuertia cognitione cognoscendum est, verbi gratia, præsupponit viro gratia, donive alterius supernaturalis Angelo insuli: inde naturaliter, eius physicas, & mea sententia de præcisione obiectu viro, nisi obiecti possibili) etiam metaphysicas passiones cognoscet, idem etiam obiectum partibus conceptibus, eiufque partibus poterit naturaliter cognoscere illud scilicet definiendo, quod simpliciter nouerat. Cum autem alterius cognitione & notitia supernaturali præsupposita deducatur, supernaturalis etiam erit. Dices posse, aliquod obiectum naturaliter cognoscibile, ab intellectu angelico, vel nude sumpto, vel adiuncta alterius obiecti cognitione præsupposita; ipsi tamen calu ignotum (imo in mea sententia natura-

liter etiam evidenter notum: fidem enim cum euidenter obiecti eiusdem, adhuc intuitiva, naturali cognitione, censio, componibilem, & docui sœpe, atque ex instituto probavi controversis de fide, de Incarnatione, & his ipsi de Deo uno reuelari Angelio superiori, & per hunc inferiori: ergo de eo esse potest hierarchica specialis illuminationis: ac proinde illud, & similia obiecta specialis hierarchie, illuminationis obiecta, & materia esse poterunt. Negatur consequentia. Et enim reuelatio obiecti naturaliter ab intellectu angelico cognoscibilis, & que connaturaliter fieret à Deo Angelis infirmis, ac supream, quare illuminationis ex ea reuelatio & illustratione. Dei inferiorum à superioribus facta hierarchica illuminationis non magis esset, quam, quæ ab inferioribus immediata Dei reuelatione illustratis, fieret superioribus: ac proinde ex officio, & ministratio proprio hierarchie, aut gradus hierarchici superiorioris non est; etiam cum ab eius Angelis obiectum illud reuelatum inferioris hierarchie, aut chori Angelis communicatur, ac subinde hierarchie stricta, & specialis illuminationis non est, sed que æque, ab homine, cui Deus immediate illud obiectum reuelaret illuminari Angeli poscent. Requirit ergo obiectum hierarchie illuminationis, siue modi esse, ut non solum reuelari à Deo possint, sed, nisi speciali Dei voluntate illa actiue physice, vel testificative manifestandi cognoscendi nequeant (quod naturaliter cognoscibilis ab Angelo illuminando, non euenit) & pertineant ad ea, quæ non, nisi Deo, coniunctissim, cum assistentia, tum amicitia, & charitate supernaturali, & familiarissimis supraea hierarchie, & chori Angelis connaturaliori prouidentia oporteat ab eo, immediate reuelari.

6. Dico inde tertio. Materia seu obiecta specialis illuminationis hierarchicæ sunt mysteria omnia supernaturalia Angelis, nec in via, nec ipso integrum ad beatitudinem statum quasi conjectarie, reuelata, aut reuelanda Dei item secreta, consilia, & decreta, insuper sectera cordis rationalis cuiusvis creaturae alterius independenter ab eius voluntate ea manifestandi, futura item contingentia omnia. Rursus præterita omnia, quæ Angelus illuminatus, nec nouit, nec habet in se notitiam, unde ea possit cognoscere, quod si hæc ex libera voluntate Angelii alterius manifestari ipsi possint, obiecta illuminationis hierarchicæ, non erunt, nisi quantum independenter ab alterius huius voluntate manifestabili à Deo sunt. Ita Sanct. Thomas i. part. quæst. 107. artic. 2. bene intellectus, ut conclusio, ne 4. explicabitur. Scotus ibi, responsione ad 1. q. 8. Ad aliam questionem Bassol. quæst. 2. art. 1. Ricard. art. 1. quæst. 2. & alij pro conclu. 4. refrendi Soar. citat. cap. 12. num. 19. §. Utterius ergo ac deinceps. Alarcon citat. disputatione 4. cap. 10. num. 5. §. Tertio sequitur. Probatur: quia haec omnia, & singula, etiam naturalia, secundum modum tam cognoscibilitatis, independenter à libera voluntate & manifestacione alterius rationalis creaturae, à qua manifestari absolute & naturaliter possent, sunt obiecta naturaliter ab Angelo illuminando non cognita, nec cognoscibilia, & que à solo Deo, ut speciali, & particulari causa physice actiua, vel testificativa operante fieri cognoscuntur illuminando Angelo possunt, ut pater: fed quacumque speciali Dei, ut causa particulari actiuitate physica, sive testificativa egenti, ut ab Angelo illuminando cognoscantur, siveque proximo cognoscibilis, sunt obiecta, & materia specialis huius hierarchie illuminationis: ergo obiecta, omnia præfacta, etiam secundum substantiam naturalia, sunt eiusmodi illuminationis materia, & obiecta. Probatur secundo: quia ea omnia sunt obiecta, & materia specialis hierarchie illuminationis inferiorum Angelorum à superioribus vique, ad supremos, que his, vice coniunctissimam assistentia, charitate supernaturali, & familiaritate, oportet, ut connaturalius, quam alias Angelis,

qua

ORTEGA  
In 1. part  
D VIa.

qua in secretis Deo sunt immediate à Deo manifeſtentur, aliisque non, niſi horum interuentu, qua illis etiam velit ipfe manifestari, acqui ea omnia eo modo in secretis Dei sunt: ergo ea omnia sunt obiecta, & materia ſpecialis huius hierarchie illuminationis. Addiderim cum Sanct. Thom. quæſt. 109. artic. 3. haec omnia debere esse, ut Deo arcuſ Angelos, cum illuminatos, tum illuminandos, vel homines qui eorum interſunt, affectio coniungere apta, nata de ſe ſint, ut ex Dionyſio cap. 3. de celeſti hierarchia, & ratio ne diximus certamine 1. numero 11. & haec ſane, qua haſtenus obiecta, & materiam hierarchie ſpecialis illuminationis eſſe docuimus, de materia puro materiali, ſeu remora, non autem de materia proxima, & ratione ſub qua intelligenda ſunt: ad eum modum, quo peccata commiſſa, ſecundum ſe materia abſolutionis in Sacramentum dicuntur, pure tamen materialis, & remota, proxima ſeius, quo uſque dolorifera confeſſione, tanquam ratione ſub qua, veſtantur, ac proxima abſolutionis sacramentalis per eam conſtituantur. Hanc ergo rationem, ſub qua, & per quam praefata omnia materia proxima ſpecialis hierarchie illuminationis formaliter ſiant, reſtaſt explicare.

7. Idcirco dico quarto. Ratio, ſub qua, ſeu forma, per quam obiecta prædicta & materia proxima ſpecialis huius hierarchie illuminationis formaliter ſunt, eſt reuelatio, & testimonium Dei ea reuelantia. Ita expreſſe Scotus, Basilis, Ricard. Scarius, & Alarcon, vbi proxime Gabriel in 2. d. 9. quæſt. 2. conſtruione 4. Heruſeus quæſt. 1. artic. 2. Okam. quæſt. 10. artic. 2. Capreol. diſp. 11. quæſt. 2. artic. 1. conſtruione 2. & ad. 1. argum. Durandi S. Thom. citat. quæſt. 109. cap. 3. quæſt. 107. artic. 2. quem eius interpretes, & diſcipuli plerumque fequantur Valquez d. 216. cap. 5. num. 22. d. 217. cap. 2. num. 10. § Tertio denique nota, ſententiam hanc probat Sanct. Thom. quæſt. illa 107. ex Gre gor. 2. Moral. cap. 4. alias 5. dicente. Loquitur Deus ad Angelos Sanctos, eo ipso, quod eorum cordibus, occulta ſua inuifibilia manifeſtabit. Sed certe, eo loco non agit Gregorius de manifeſtatione reuelationis, & per reuelationem proprie dictam, ſed per phyſice etiam actiuam efficiētiam cognitionis ſecretorum ſuorum in Angelis intuitu, & hominibus abſtratiuam per occultam inspirationem, & quoties id agit Deus loqui etiam iipſum Angelis & hominibus dici poſſe, ut ex capitulo contextu toto patet. Probat insuper ratione S. Thomæ, qua, qua non ſatis ab aliquibus ſcholasticis penetrata eſt, pluribus debilibus impugnationibus, quaſi efficacibus, locum fecit. Ait enim manifeſtationem, & cognitionem veritatis, cuiuslibet, niſi, vi à Deo eſt, & ad Deum, qui prima, ſummague veritas, ac prima ſubinde veritatis regula eſt, & ad eius voluntatem reducatur, nec poſſe eſt illuminationem hierarchicam Angelorum inferiorum à superioribus, nec obiectum eius cam veritatem, nec illuminatorum intellectum perficere: perfectione, ſcilicet, digna, & illuminatione, & Angelis illuminandis. Porro quia illud, ut eſt à Deo, quidam effectu, alii finali) intelligent, extra rem, & chorū variis impugnationibus in hanc Sanct. Thomæ rationem infulfant; non aduententes, nullum mediocrem adhuc, Philosophum, ne dum Angelicum præceptorem, dependentem veritatis obiecti adeo actiuem, vel à Deo, ut fine ſe à Deo, vi vero, ſeu, vi prima veritate, & regula prima veritatis afflere potuſſe, nec dubitare: cum dependentiā à Deo, vi fine, ut à Deo bono, non autem, ut prima veritate, & veritatis regula eſſet, eſt igitur Sanct. Thomæ mens, & ratio veritatem obiecti propria, & ſpecialis illuminationis hierarchie talem, ac tantam eſſe debere, ut à Deo, vi vero, non quidem in effendo, ſed in cognoscendo, & dicendo, ſeu, qua prima veritatis regula eſt, pendeat, argue ad iipſam denuo reducatur: quod iipſum eſt,

in Deum ut testificantem, de obiecti veritate d. bre reduci, acque ab eius testimonio, & reuelatione, de obiecto, cuiusque veritate afflentum Angelicu minati debere pendere, eique inniti. Idecito non ſolum, ad primam regulam veritatis in cognoscendo, que intellexit eſt, ſed in dicendo reducendam necessario eſt veritatem obiecti illuminationis hi archicæ, & affenſus, quæ ex illa adhuc Angelos illuminatus Sanct. Thomas ea ratione dixit: liquide ad voluntatem, etiam Dei recurrit, ad quam re racitas, in dicendo, & testificando ſpectat, ab eiatis locis patet. Cuius rationem, ab abſido aliam inibi adducit: quod alias, nec illuminatus Angelus digne ſe, & illuminatione hierarchie afflentu pſitio, ex illa quadam intellectum perficeretur: quod exemplis ex humanis ſubiectis probat, ignoratiu m viuſque Sanct. Thomæ ſimilitudine aduerſationum impugnationibus, nullatenus mutat, id, quod ex iam dicendis claretur.

8. Illuminatione ſpeciali hierarchie, & ſecon du ex ea orto illuminato Angelo inferiori, circa eius illuminationis obiectum debet Angelus illuminatus ad Dei ſimilitudinem, quæd eius fieri potest accedere in cognoscendo veritatis, & obiecta, erga qua illuminatur, ut aiebat Dionyſius, de celeſti hierarchia cap. 3. recitatus artic. 3. certamine 1. ma meto 11. aſt nō eius afflentus veritatis, & obiecto erga qua illuminatur, reuelatione, & testimonio Dei innaturat, ad ipsumque tandem deducatur ut primam veritatis regulam, nequic Angelus illuminatus ad Dei ſimilitudinem, in cognoscendo, quod eius fieri potest, accedere: ergo illuminatio, & afflentus, ex ea praefitus ad Angelo illuminato, nequic eſſe de obiecto, & veritate, non reuelata à Deo, & qua à Deo reuelata, ut tandem ad ſeimoniū Dei cui inniti debet, & primam regulam veritatis in cognoscendo, & testificando reducatur. Vixi ſimilitudinem, ad quam accedere debet illuminatus Angelus ex Dionyſij verbis eſſe in cognoscendo, & in immo hoc textus Dionyſij non exprimat, viuere ramus, & implicite, in eo contineatur. Tam, quia ſimilitudo per illuminationem intellectus propriæ etiū quæd si similitudo Dei, etiam per affectus voluntatis creare, elle dicique recte poſſit, Dionyſius viratque en textu diuīſi, & affectuum ſimilitudinem, ranguin effectum intellectus, ex ea verbis datis, poſtmodum immediatim h. ſec significauit. Et propter illa illustrationem, que ei diuinius data ſunt ad Dei intentionem traducitur. Ut citato num. 1. obſervamus. Minor eſformari, ſyllogismi facile probatur: quia quacumque de mun ratione & motio afflentus, illuminatus erga obiectum, & veritatem, & à quocque, etiam à Deo, ut cauſa particulari actius, vel me diis ſpeciebus propriis, vel immeadiate loco ſpecie rum concurrente, proueniat, nequic afflentu illo accedere, quam maxime, ſeu, quæd eius fieri potest ad ſimilitudinem Dei in cognoscendo, & afflentendo veritati, & obiecto illuminationis. Tam quæ, & ſi physicam infallibilitatem (& metaphysicam, & ve lis) afflentu alteri ratione, & moratu, quam Dei testimonio, innitiens habeat, non ramen diuinam quam habet afflentus praefitus obiecto, & veritatem, reuelata ob ſeimoniū Dei: ac proinde, ſecondo proxime ad Dei veritatem, & infallibilitatem in cognoscendo accedit. Tunc etiam, quia, nec physican, medium metaphysicam, infallibilitatem habere, etiam à Deo, ut ſpeciali cauſa actiue physice, non autem testificari, cauſaretur. Siquidem Deus ſpecialis cauſa erroris intellectus, plurimum, & mea ſemina abſolute, & abſeruila indecenſia eſſe poſſet. Secundo pabatur, quia illustratione immediate à Deo facta in Angelis ſupreme hierarchie, & chorū ex qua, & inferioribus obiecta, & veritates illuminationis hierarchie incimandæ ſunt, dicuntur à Deo Angelis illi ſupremi ergo, & à Deo immeadiate doceſtū, ſunt quippe duo haſſentialiter correlatiua; atqui magis ſeruum, nequic diſcipulo, ſed Doctrina, & loqua, ſeu locatione Ma gili

gisti ad Discipulum, in qua testimonium, ipsius de eo, quod discipulos docet, continetur: ergo Deus in negotio hoc sicut nōcōnōs, obiecta, & veritates, de quibus supremos angelos illuminat, loquitur reuelat, & testatur, que postmodum, pro eiusdem voluntate & visu, atque eius reuelatione alii inferioris ordinis angelis superiores manifestent; ac proinde nullum obiectum illuminationis hierarchie est, quod in Deum testificantem, non reducat, aut, nisi quia reuelatum, sit obiectum hierarchie illuminationis, ac dicipulatus supremorum angelorum, & subiude Dei respectu illorum immediata maginit per locutionem, & testificationem veritatem, & obiectorum illuminationis, & hierarchie illuminationis, expedit est. Dionysius de caelesti hierarchia c. 4. illis verbis: *Diuina illuminationis sibi accommodatis discunt, & rursus ad propinquas, & cognitas, quod dicere transmiserunt. Athanasi recitat cert. 1. cum 7. initio illis. Cherubim, & Seraphim, fine villo mediatore aut interpreti deo consenserunt. Vbi illud, aut interpres, ad argumentum hoc pendendum in primis interpres enim locutionis, & in presente diuinæ, qua supradicimus illis spiritus illustrans, tesplo, & immediate illuminans, proculdubio est. Item ea voce supremos hos spiritus respectu inferiorum, quos illuminant, interpres, diuina locutionis esse Athanasius docet. Ac proinde illuminationem, non nisi de eis esse, que Deus loquitur, & testatur, & clarus Bernardus, s. de considerat, c. 4. de cherubim. Ex ipso sapientia sone ore altissimi haudentes, hispane de summis vore quod non, nisi de loquente dici potest.*

9. Probatur tertio conclusio. Quia Angeli supremi ordinis non solum veritates obiectivas, sed obiecta, erga, quae à Deo immediate illuminantur, sed lucem iubar, & splendorem ipsum, quo illustrantur, & obiecta ipsa, abdita alias, & eorum membris renebola, & obiecta, illustris sunt, & lucida ex inferiores Angelos traducunt, & transfundunt, ita Dionys. 3. de caelesti hierarch. *Vbi indidimus sibi satrissimum iubar affixim, transferunt, hoc ipso postmodum, abque iuncta sequentibus fundunt. Sophronius encom. de Angelis, sic de Seraphinis. Splendorem ( quantum fas est ), abque villo medio exceptis, exceptumque ceteris membris. & intelligentiam communem faciunt: Damascen. lib. 1. c. 3. Per speciem eis, qui prefationes sublimioresque sunt, splendorem, & cognitionem inferioribus impetrant. Atqui iubar, & splendor hic nil aliud esse potest, nisi eorum obiectorum, & veritatum, erga, quae supremi illi Angelii immediate à Deo illuminantur, reuelatio, & testificatione ipsius à Deo exhibita, atque ab eis in Angelos inferiores traducta, atque his sumat cum veritatis, & obiectis, de quibus instruuntur, & illuminantur hierarchie, ex parte obiecta propria, ut ob illam prefatis obiectis ascendantur: Ergo Dei reuelatio, & testimonium est ratio sub, quia, & formalis, ob quam obiecta, & materia proxima hierarchie specialistis illuminationis veritatis, & obiecta praedita confluuntur. Minus probatur, quia iubar & splendor ille ipse, qui à supremis illis spiritibus à Deo immediate haudentur, & excipiunt, & ab eis in Angelos inferiores transfunditur, transmittuntur, & traducuntur, neque lux & splendor cognitionis, & scientia de obiectis illis, qui formaliter Angelii illi supremi (qua rebus claris) ea obiecta cognoscunt: Tum, quia hanc suam scientiam de eis obiectis, viralem scilicet actum, nequecum Angelii illis communicare, atque item, neque inferiores Angelii eadem perfectione, & claritate illa ipsa obiecta cognoscere: Tum etiam, quia erit adeo specialistis, & re particulari ecula, atque physice solammodo concurrens, scientia formalis illorum obiectorum, in actu secundo (splendorum recipient), haudent illum immediata à Deo, & immediatius, quam inferiores Angelii dici, non posse: cum eodem modo Deus, ut causa particularis ad scientiam eorum obiectorum, eū que lucem, & splendorem in actu secundo debetur concurrens, & proinde, & si immediate etiam illum à Deo exciperent, & haudent. Tum, quia haudent splendorem à Deo, aliud place, quam ab ipso actum*

*Christoph. de Ortega de Deo Vno. Tom. II.*

physice scientiam ipsam ut & concusa partiali (cū Angelus ipse, ad ipsam, aut poterit actionem vicalem necessariam concurrens) aperte significat: Tum denum, quia cum Angelus supremus Dei loco, ut causa partialis, nequaquam ad actum scientie Angelii inferioris de illis obiectis concurrens, scientie de illis splendorem à superiori inferiore recipere immediate, non poterit: quia neque superiori mediante recipere poterit à Deo, ut Patres, & Scholastici omnes docuerunt. Reffat ergo, ut splendor, & iubar illud, quod supremi Angelii immediate à Deo haudent, atque idem ipsum, iuxta Patres, in inferiores Angelos transmittunt, & traducunt, sit splendor, & iubar ex parte actus primi ad eorum obiectorum scientiam se tenens, ea, que de se abdita, obiecta, & tenebriosa, illuminans, illuminansque, membris Angelorum, illustringit, & lucida ex parte obiecti eisdem membris reddat, ut percipi, ac intelligi ab eis possint, si eo ipso iubar, & splendore suffusa propagantur. Hoc autem iubar, & splendor, quem immediate Angelii à Deo haudent, & excipiunt, eundemque ipsum in inferiores transfundunt, & quo suffusa obiecta eisdem propinquunt, nil sane aliud, quam regulatio, & testimonium Dei esse potest: quod immediate à Deo supremi Angelii haudent, & audiunt, ac inferioribus cum obiectis, & veritatis illuminationis hierarchie propriis, ut eis ascendantur propinquunt.

10. Quarto probatur conclusio ratione ab absurdo, quam secundo loco posuit. S. Thom. cit. q. 107. 2. ut primam confirmaret de necessitate reductionis, veritatum omnium, de quibus hierarchie illuminationis institutus illuminatus, ad Dicūm, ut primam regulam veritatis feliciter in cognoscendo, & in dicendo (quod solum eis, ut reuelatis à Deo, sive, ut Dei reuelationi subiungit) quis aliqui caruti cognitionis non perficeretur intellectus Angelii illuminati (debita omnium perfectione hierarchie illuminationis) immo nec absolute perficeretur. Hanc rationem etiam negligunt, & facile confutant certe Antiga, & alii s. quinquo & principia, ex quibus S. Thom. discurrit, non fatis animaduertunt. Et, quod primum de perfectione intellectus illuminati debita ex hierarchie illuminatione facile probatur. Quia debet esse cognitione essentiale, & ex obiecto vera, certa, & infallibilis, nusquam subiecta de se, errati, & falsati, cum ratione status beati Angelii illuminandi sum: cum, quia ex cognitione veritatum, ad Dei similitudinem intellectus scientiam de eisdem debet illuminatus, quam maximè seu, ut acribat Dionysius c. 3. de cel. hierach. *quod eius fieri potest accederet, & quod per solum testimonium Angelii illuminantis, est ratione status, nec fallit, nec fallere posse illuminatum testimonio de eis veritatis praedito, fieri nequit: quia adhuc infallibilitas, quam eis veritatis, cumque ascensu praedito ab illuminato afferret, cum adhuc infallibiletate, & certitudine creari testimonio, ac subiuncta creari, inoferentur, neque quam maxime. & quod eius fieri potest infallibilitatem, & certitudinem, ex testimonio Dei percutire: ergo, ut digno perficiatur illuminatus Angelus hierarchie illuminatione, opus est, ut ex obiecto formaliter morito Diuina reuelationis ascensus, veritatis contingens de se, de quibus intraverit, ab illuminante hierarchie certus sit, & infallibilis. Secundo, ex Dionysia, & Paribus recitatis cert. 1. n. 6. & 7. nullus Angelus (etiam infima hierarchie, & choroi) illuminatur per certitudinem digna, hierarchie illuminationis, nisi diuina reuelationibus de veritatis, de quibus instruuntur: nil autem nisi diuina de eis reuelatio, illustratio Diuina in praesenti esse potest (cum non sufficiat scientia Dei, ut cause particularis physica efficiencia in ascensu illuminanti ut supra ostendimus) nec illuminantis de eis veritatis testimonium, ut patet: ergo, ut reuelata à Deo, sive, ut Diuina subiungit reuelationi, debent veritatis praediti ab illuminante, quovis Angelo, cuiusveris illuminato proponi, ut perfectione debita illuminationi hierarchie illuminati intellectus, carum cognitione perficiatur, quod autem, nisi certa, & infallibilis*

n. n. saltem

ORTEGA  
In a part  
D VIa.

saltem physice, cognitione, & cui falsitas, & exor physice subest non posse, perfectio intellectus (ad hinc hominis viatoris, nedium Angeli beat) aboluta, & abso lute talis non sic probant exempla humana, que adducit S. Thomas, qui ait; si unus homo dicit alteri Deus est creator eis, & teras, vel homo est animal rationale, illuminat, & perficit intellectum hominis, scilicet abso lute perfectione, & abso lute tali quia, scilicet, primum ex certo principio, & ratione naturali; secundum vero hominis definitionem continet inductione demonstrabillem, & ad plura demonstranda principium; vel ex motu reuelationis Dei, certiori, & exequo, & excellenter, id dicit, ac docet. At si vnu alteri dicat, hoc vlo facere vel, & facias, non erit illuminatio intellectum alterius perficiens; quia non pertinet ad perfectionem intellectus mei, quid tu velis, vel quid tu intelligas, cognoscere, sed quid rei veritas habent. Id autem duplice ex capite quia de singularibus, non est scientia: & de contingenti bus praesertim, cum ex suis causis, esse fore, abso lute nequeat demonstrari. Secundo, quia secreta cordis, solum ex voluntate, & testimonio eius, cuius sunt cognoscere ab aio possunt, quod si sicut creatura est, cognitio certa, & physice adhuc, infallibilis non erit: quare, nec erit abso lute per se ipsam perfectio, nec per cognitiones alias, ad quas habendas instruit intellectum que cadem fallibili tate, qua ipsa, cui innescatur, laborabunt, poterintque, & fors erunt physica vita, & errores i quod si ea, ex Dei reuelatione cognoscerent certa eorum secretorum, ar que infallibilis, etiam metaphysice, cognitio est, ac subinde abso lute intellectus perfectio, & ad primam regulae veritatis accederet. Quia de causa S. Thomas ad primam ait, si Deus alicui diceret, quid veller ipse faceres, vel quid veller, ut ille alter faceret, illuminandum, per ficiendumque, illius alterius intellectum,

11. Ratione a priori demonstratur, id ipsum. Nulla abso lute perfectio intellectus potest esse vicum physicum illius: omnis cognitio physice incerta, & fallibilis potest esse vitium physicum intellectus, siquidem error esse potest; ergo nulla cognitio physice incerta, & fallibilis potest esse perfectio abso lute intellectus quod quidem de omni intellectu, adhuc hominis viatoris aque probat. Sed quid dicimus, inquit Arriaga, de virtutis in humana facultatibus, & scientiis doctissimis, quae probabilibus conclusionibus, solumque ex probabilibus principiis probabilitate, ac proinde fallibilitate, nec certo physice, ac metaphysice deducunt, fere omnino constat? Scilicet eos, sua quicunque facultate naturali abso lute, non perfici: Certe dicimus, quod proxima dicit demonstratio: eos partibus scientie sive, quae probabilibus solum, & fallibilibus constant abso lute non perfici. Quid ergo illos a Deo suspicimus, veneramus, ac miramur, si ram pauculas habent cognitiones, quibus abso lute eorum intellectus perficiantur? Quia (dicam) melius, sed minus malum est probabilitate veritatem dispicere, quam omnino, ignorare, ac insun esse, quam excom. His obiectionum, & debilium instantiarum Atriage d. 22. sect. 3, nebulae, & umbras dispaten: maximè ad rem praesentem. Et si enim in homine viatore probabilis solum assensus, ac subinde fallibilis perfectio abso lute intellectus censeretur, inde ad perfectionem illuminatiu m Angelorum in statu beatifico, & hierarchico ex fallibili etiam cognitione duci consequentia nequit: quod autem ad assensum veritatis, & obiectis hisce propriis illuminationis hierarchica proprie, esse posse, nedium debere, vt ex dictis patet: sed solum Divinam eam veritatum reuelationem, ob quam solum illuminatus, eis veritatis assensus; tametsi iudicio pietatis inferioribus illuminati de existentia reuelationis carum, testimonium illuminantis Angelii de existentia reuelationis efformando subfuerat. Quemadmodum apud nos Patrochii, vel Doctoris de reuelatione mysteriorum propositio ob quam, si fide in fallibili, & supernatura credimus, minime eis myste rius credimus, sed ob propositum Patrochii testimonio reuelationem, vt haec totum eis mysterium afficiendi motu sit; Patrochii vero propositio motu eius pura applicatio: quia inde assensus fidei nostra obiectus certudo, & infallibilis ipsi intrinseca natura i tametsi fabricta certitudine possit notare: quia de re fatus contum, de fide diximus. In casu vero nostro, nequit est alios illuminari Angeli, adhuc subiectu naturae: quodcumque dem ratione status beatifici Angeli illuminantis ab illuminato cogniti de veritate testimonij ab illo praesiti de Diuina reuelatione, nequit dubitare illuminatus: cum in eo statu, nec falli illum, nec falliche posse cognoscere, & proinde eius testimonium esse creata infallibiliter certum;

12. Hac conclusio doctrinam ad rem praesentem, S. Thomae, & Discipulorum eius communem, veram, & facilem, ex minore tamen aliorum intelligentia, difcilem, ac facilius impugnabilem, & cum aliis eiusdem doctrinis pugnantem clam expeditam, & consequentem ostendit. Ea vero est: Angelorum intellectum illustratione, & illuminatione hierarchica ad obiecta, & veritates, quas de se percipere non posse intelligentes, robortari. Ita ille q. 106, a. 1. q. 111, a. 1. illuminatione Angelii superioris, & proponi obiectum, & corroborare intellectum inferioris ad illius percipiendum doceat, 14, quod docuise videtur Dionysius c. 4. de castelli hierarchi illis verbis: Quasi illud ordo Diuinae legis fons: in qua secundum locum obinet ab illis, quia primam, ad diuinatatem erigit: et huius vero elevatione, & corroboratione illuminati per illuminationem superioris significat, prater veritatis cognoscenda propositum, que verbo excitari significatur. Convenient S. Thome corroboracione hac Capitulo, in c. 1. d. 12. q. 3. a. 3. at. Durandi, Heretici d. 9. q. 1. a. Ceterum, ad citatum a. 1. q. 106, & Thomistae reliqui Soar, cit. c. 11. ac d. 12. Duo tamen primi modos conformatio nis huius, ex parte intellectus se habentes improbabiles, improbabiles fatis ab Angello olim, & postea a Durando S. Thomae in bunt, & defendunt, quia se ab eum impugnabunt, adhuc probabilitate, exonerant. Caetani facilius conformatio nem intellectus Angelii illuminati ab illuminante, non qua hic ex parte naturali virtus intellectus augmentum, sive insuffcam, sive inherens, acutus physice ab illuminante communicatum recipiat (et duo praezii aiebant), S. Thomae tribuit, ac defendit, sed ex parte obiecti, & arte, ac Magisterio, quo veritatis illuminatio proponit, ut ad eas cognoscendas facile perueniatur ad quas, absque eo magisterio, & arte proponitis non posse, quia corroboracione verae senest Vazquez d. 116. & laudat, c. 3. n. 1. s. Haec sententia Caetani conformaque etiam sive doctrina c. 5. merito certa, ac etiam doctrina exprefsa S. Thomae q. 9. de veritate a. 1. corp. & solut. argum. fateatur codem q. 1. 16. cum dicta S. Thomas corroboratio nem intellectus Angelii illuminati, ex eo, quod in superiore illuminante videat aliquid cognitum ad alia cogitanda inferiora: sicut in humana disciplina mens corroboratur, ex eo, quod a Magistro, eiusque doctrina principium aliquod recipiat, ex quo alia cognoscere possit, utrum cum citatis locis ex S. Thom. 1. p. vbi ulta obiect ab illuminante propositionem, conformatio nem illuminari intellectus angelici enumerat, immo, & hanc ait ab illuminante in illuminatum, nec solum ex parte propositionis obiecti prouenire dicat, Caetani doctrinam, ex mente S. Thomae loco, quem Caetani interpretari seemat non esse, neque doctrinam questionis, q. de veritate cum dictum prima pars concordat. Maxime, cum eadem 1. p. q. 117. a. 1. dicat, dupliciter vnu hominem ab alio cogitare posse, & propositione aliquorum, quibus paulatim ad ignorantias cognitionem ducatur, & corroboratio nem intellectus a Magistro, quam fieri subdit. Non quidem aliqua virtus activa, quasi superioris natura, sed supra diuum est (scilicet loci citatis ex 1. p. De Angelis Illuminatis, ) quia omnes humani intellectus sunt eis gradus in ordine, natura; sed in quantum propositum diligulo ordine principiorum ad concordias, qui sunt per se ipsum non habent tantam virtutem collectivam, ut in principiis posset conclusionem deducere. Quibus nota obiecti propositione intellectui angelii illuminati, & aliquo

aliqua actualitate, & actio in illum confortari ab illuminante docet Angelicus Doctor.

13. Verum, cum explorata sententia S. Thom. de hac intellectus Angelici confortatio ab illuminante habeatur q. illa 9. de veritate intelligenda hæc loca t, partis sunt, ne sibi aduerteretur, de actualitate immediata, vel physica, vel exacta illuminantis Angeli in intellectum, illuminant speciem iudicij sui de obiecto, de quo hunc vult instruere, non solum secundum iunctum quod in omnibus Angelica locutione, etiam inferioris ad superiorem Angelum, invenitur, ut diximus supra Angelorum locutionem explicantes, & S. Thomas conseruit, ac proinde in illuminatione, (quæ specialis, & nobilissima locutio illuminantis Angeli) est verum, & illud se ex divina revelatione didicisse. Quæ non praestat humanum magisterium naturalium facultatum, quod solum extrema per signa exterina, veritatem, & suum de illis iudicium discipulo proponit, nihil scipio in eius intellectum agendo, nec supernaturale motivum revelationis divinae proponendo, sed solum naturalia principia, ob que illas ipse scribit, proponit discipulo, explicatione eius caput accommodata, ut eidem veritatis affinitati, atque ita eas discat, & sciatur. Huc spectat Angelii illuminantis superioritas in natura respectu illuminandi, quam in hominibus S. Thomas, negat verbis datis, ac proinde immediata actu in intellectum discipuli ad confortationem illuminantiam actio Angeli illuminati in illuminante requisitam; quia obiecta, de quibus hierarchie illuminant ab eo Angelus inferior est, nisi ut revelatione Dei subsunt obiecta propria, & proxime, ac formaliter talia hierarchie illuminationis non sunt: Et quorum proinde immediata reuelacio summi filius ordinis Angelis, ac subinde superius etiam specifica, & excellens naturæ fieri debet, ex eisque ad inferioris, & inferioris ordinis, & naturæ Angelos, pro minori, aut majori ordinis, & naturæ inferioritate, mediatus aut mediarius, & reuelatio, & obiecta illa, ut reuelata, derivata, sive actue illuminantes confortant illuminato in S. Thomæ sententiâ; quia, eis conceptus Angeli superioris de eidem veritatis, ut reuelatio à Deo, species indebita, & quibus ultra vires naturæ ad ea obiecta, ut reuelata cognoscenda erigantur & confortentur, ingeruntur. Rursum, ex arte, & magisterio, quo veritates, de quibus illuminati Angeli ab illuminantibus superioribus iustificantur confortatio alia actua artificialiter, ut Caetanus ait, ab hoc proueniens inuenitur, quam confortationem ex parte obiecti possumus appellare, & ad quam q. illa 9. de veritate totam Angeli illuminati ab illuminante merito reduxit; quia ea non nisi adiuva, vel exacta speciem indestinatum, & naturalium illuminato productione, fieri ab illuminante, potest, ut ex dictis claret: quia, & indicij illuminantis, & veritatis à Deo reuelatarum, ac subiuste revelationis, Diuinæ species sunt, ob quam veritatis, de quibus inferior Angelus hierarchia illuminatione à superiori illustratur, est assentitus, Caetanus, & Vazquez, qui soiam posteriorum admirare, veritatis, & obiecta, cui illuminatus assentitus est, propositioni iunctummodo attendunt; cum monui ad efficiendum, scilicet, revelationis propositioni deberent in primis attendere: in eo quippe proponendo artem, & magisterium adhuc naturalium facultatum maximè confidere merito obseruantur, & docuit locis citatis praesertim q. 17. & q. 9. de veritate, scilicet in principiorum scientiæ, & ordine, quo ex illis, & properi illi conclusiones deducuntur; a quoq; dicti pulsus veritatis scientia illius non sciens, sed ex Magistri auctoritate credit. Quare, & in assentio veritatis illuminatione hierarchica propofitio præstolando, cum ob ea reuelationem, & testimonium prætagendum ab illuminato sit, non veritatis, sed & reuelatio, quo motivum, & principiorum vicinum formale eis assentiendi est, proponendo præcipue esse Angelo assentius. Et haec in S. Thomæ obseruantam, dicta sunt: cuius rationes, cum per summam proposi ab ipso fuerint, mirum non est, non ita bene à pluribus, qui vel perspectori, cum legunt, vel vocum sono sint, & hærent percipi, & penetrari.

Christoph. de Ortega de Deo Vno. Tomus II.

### CERTAMEN III.

*Quid illuminatio sit, quidque illuminatio prestat, & quomodo sit.*

1. **T**ris haec connexa inter se sunt, atque ex dictis cert. 2. facilius, clariusque, quam hæc tenus ab aliis praefuturum fuerit, expedicenda est igitur hierarchica illuminatio. *Veritatum contingentium naturaliter ab illuminando Angelo in cognoscibilium, ut Diuina substantia revelationis; à superioris ordinis Angelo, ex officio, & Dei voluntate intratio, & manifestatio.* Cuius defensionis bonitas per singulas eius partes ostendit conclusionibus certaminis 2. affutat, confat instructionem, & manifestationem hanc per locutionem Angeli superioris ad proximè inferiorum illuminatum immediatam fieri debere concors doctrinæ sententia est, & ex dictis satis ostenta. Vnde etiam confat, Angelicæ locutionis prædicatum genus ad illuminationem hanc hierarchicam esse, atque, ut tales cum illa comparati. An vero ab alia, vel aliis speciebus Angelicæ locutionis differat? Pet capita, & fictiones multas Svorius præseruit. & Atriaga, ac Recentiores alij, ac brevius, ex antiquis non pauci disputatione; quia omnia, quod illuminationem hierarchicam spectant, in cuiusvis ex eis disputatione tangentur, & viscent. Si autem secundum materiam propriam illuminationis hierarchicæ, tum temoram, tum proximam exacte prius, & secundum examinassent, brevitatem, & facilitatem, qua nos, ab ea questione se expedirent. Differentia siquidem locutionis hierarchicæ illuminationis à reliquo Angelicis ex parte locutionis, modique, quo vnu Angelus alteri, sive superiori, sive inferiori loquatur, eive manifestet, quod velit, de causa nequit: cum id rotum, ex predicatione genetico, in quo cum reliquo Angelicis locutionibus congenit, locutionis hierarchicæ illuminationis debet competere: quare penes id ab eis differre omnino repugnat, atque ac hominem ab equo p̄r prædictum animalis, aliquidque in eo contentum specieē distingui. Tota ergo ex parte materie, & obiecti, cum remoto, & purè materialis, tum proximi, & formalis, seu rationis, sub qua propria ad illuminandum hierarchicæ locutionem spectat, ab ea, quæ essentialiter respicitur, deflamentanda eius ab aliis locutionibus angelicis specifica differentia erit, quam ex dictis faciliter monstrabimus.

2. **E**nīm, cum hierarchica illuminatione, veritatum contingentium esse debet, necessariarum, quales sunt scientiarum naturalium, (quarum forte superior Angelus plures affequit, quam inferior, hæcque manifestare velit) ad inferiore locatio ac illuminatio largæ erit, qua necessaria de illis tenebras ipsi pellar. Additur in definitione; naturaliter ab illuminando Angelo in cognoscibilium, ubi Angelus, non solum secundum se, & natum, cuique intellectum, & naturali reliqua sumunt, sed illuminandus cum omnibus, scilicet, qua ex parte actus primi proximi, sive in actu primo proximo, ut hierarchice illuminetur, requiruntur, ac de facto procedunt: cum autem ad illuminationem hierarchicam hierarchiarum, & chororum distinctio, & Angelorum pro cuiusque, & naturali specifica, & supernaturali gratia, & donacione maiore, minoreve perfectione in superiores, inferiores gradum, & chororum distributio supponatur, ut superior gradu Angelus illuminare, inferius vero hierarchie illuminari quæcum, quibus illuminandus Angelus instrutus pluta poterit naturaliter cognoscere absoluere, & secundum se contingenter, illi vero statu, & supernaturali ornamento connecta, & confecta, ut supra obseruabam, nec respectu status, & ordinis hierarchici illius & in contingentibus debent censei; innaturaliter, ergo ab Angelo illuminando incognoscibilibus contingentibus venient, voluntatis

on a diuinæ

ORTEGA  
In a parte  
D VIa.

diuinæ arcana, decreta, & secreta consilia, inde emanantia mysteria, quæ pro lux libertatis, potestatisque plenitudine, & prouidencia naturæ totius legibus, iurisque soluta concepit, libere, & exequitur. Item rationalis cuiusvis creature secreta, quæ cordis vocamus, independenter à voluntate rationalis creature ea concipienti, & habentis, eadem alteri manifestandi solummodo cognoscenda. Et si enim, & quod entitatem, & substantiam naturalia cordis creati secrete sint, ac depeudenter à voluntate ea habentis naturales etiam sint; quoad cognoscibilitatem, & naturaliter subinde, ab altero cognoscibilia; s; ut independenter à voluntate habentis, & alteri pro suo libito manifestantur (vt inde orta eorum sectoriorum cognitione, in altero hoc Angelo perfectio absoluta esset) de materia remota, & pure materiali obiecto proprio locutione hierarchice illuminativa, quólique essentialiter hierarchica illuminatio concinet, nulquam esset.

3. Accedit, quod cum Angelus secreta cordis suo solito libito, ac non ex Dei revelatione & Dei nomine manifestat, ratio, sub qua ad illuminationem hierarchicam spectant ei secrete deficit, ut cert. 2. conclus. 4. documentum, & euincium s; unde, & debita illuminaui hierarchice cogitationi, & assentiui obiectis illis infallibiliter, & certitudo vt eodem cert. num. 10. & 11. ostendebamus: apud proxime locutio illa Angelii de sui cordis secretis ad alterum Angelum hierarchice illuminariam seu illuminatio hierarchica, non esse, esti superioris Angelii ad inferiorem locutio sit, manifestetur probatur. Acque hinc ex parte secundum quod certaminis huius titulus inquirit, primoque haec tuus deciso, & tertio deinceps dicendo connexum, ut diximus, est, decidi facile potest. Siquidem illuminatio hierarchica inferioris Angelii illuminata ab illuminante superiore certitudinem absolutam, & infallibilitatem omnipotenti physice & metaphysice, intrinsecam assensu veritatis, de quibus ab illuminante instruit, intellectui illuminati, præstabit: cum essentia sua assensu ille ob Dei testimoniam, & revelationem, tanquam rationem formalem, & adæquatum motivum assentienti ab Angelo illuminato elicatur. Præstabit obinde secundo eidem illuminato assentui intrinsecam etiam, & essentiale supernaturalem: cum totus ob supernaturale mortuum, & formalem rationem revelationis eis veritatis ab illuminato Angelo exhibetur: tota autem supernaturalitas actuam creatorum, qui ex motivo aliquo elicere debent ex motu supernaturale desumunt, iuxta firmam antiquotum scholasticorum Theologiam, incautum à recentioribus hinc inde paritiam instantiis, & arguis, quam argumentis, tentatam; immo si hoc vel antiquitate sola venerabile, factumque principium negligatur, nusquam ad fidem spei, & charitatis actus habitus supernaturales prærequisiti poteris, probabiliter adhuc, à ratione probare: vt de actuam ciuitatibus supernaturalem vniuersum agentes ostendebamus. Vnde rejecimus facile Ariaga d. 2. lect. 5. qui necessariam supernaturalem assensu illuminatio negat, num. 23. §. quarto de re. Quid autem ex parte actus primi ad assensum, veritatis, de quibus illuminatus Angelus ab illuminante institutus, ab hoc illi illuminato præstetur, ultra catum veritatum, ut ales reuelatum, absolutum, & simpliciter tam propositum, sive ex parte modi proponendi ex parte obiecti, sive ex parte subiecti, & intellectus Angelii illuminati facile apparet, corroborari quidem illuminati intellectum ab illuminante ex S. Thomas doctrina, & veritate ad assensum, eis veritatis præstandum documentum, & ostendimus cert. 2. num. 12. & 13. quavis non ita exacte sed ex S. Thomas solum doctrina, & præcipi: pender enim ex iis, que circa modum, quo illuminatio hæc hierarchica ab illuminante Angelo, sit, & tertio loco certamine hoc proponitur, ac iam dicimus.

4. Igitur circa modum quo hæc illuminatio sit, & ab illuminante Angelo superiori inferior illuminatur: cum illuminatio hæc locutio, ut diximus, sit, ac sola materia, seu obiecto, & materiali, & formalis ab aliis locutionibus, & illuminationibus, non hierarchicus eniis

Angeli ad alium distinguitur: quot modis fieri locutionem unius Angeli ad alium auctore docuerant, & explicaverunt, totidem fieri censent hierarchiam illuminationem. Possunt autem modi eorum omnes ad duas generales classes reduci in te presenti. Prima eorum, qui docent sola externa propositione obiectorum emeritorum, cum purè materialium, rum formali, seu revelationis Dei, nihil scilicet vicias deuo agere in intellectu illuminanti, quo hic ab illuminante ex parte actus primi proximi, actione exirent audiri aea illuminatione loquenter audiat, in hac sententia illa Vazquez d. 216. c. 5. & 6. §. 7. & d. 217. c. 1. quoniamque Alarcos citat. d. 4. c. 10. num. 6. & Vazquinus reliqui: pro qua ex prima exirete Alarcos. 8. p. 93. n. 3. Bonau. in 2. d. 10. a. 1. q. 2. Argid. d. 9. q. 1. a. 25. Argentina. q. 1. a. 3. Matil. in 2. q. 2. a. 4. coroll. 1. & locut. argumentor. Caetan. q. 106. a. 1. vt quemadmodum principali captu maior, vel minor, ut, & venates, de quibus eum intrinsece vult, explicatis, ac minus diuinas Magister humanus proponeat solet, & quandoque algoritis, & similitudinibus, corum que discipulis nouit, ita eis superior Angelus illuminans res perfectius intelligent, illuminans inferiori insigne perfracte intelligent, minutijs, & explicatis proponat. Hanc doctrinam Vazquez, & ex ipso reliqui Patrum testimonium præcipue confirmant: ex quibus dedimus firmiora cert. 1. 6. Dionysij 4. de caeli hierat, illi verbis, quasi digno etiam manifestent. Et rufus inferiorum spirituum excellentium quaque Preceptores, as dices fin. Sed hæc locutio eunt inferiores à superioribus instruunt, & edocunt, non autem sola propositione ex parte obiectu munierunt, & explicarunt. Illud vigintus c. 5. de Ecclesiastis beneficiis ex dentum similitudinæ, quam superioribus illuminantibus applicar, quod almena, id est illustrations à Diuiniis acceptas, inferioribus Divinitas amplificat, per captus, & diuina inferioris. Sed diuina hæc non significat divitiam in obiecto proponendo, qualibet conterat, ut sibi dentes, & quasi Rhetorice, & obiectu amplificat; sed quod ex iis, quibus illuminatio est, alia alia, prout, ad horum vniuersitatem spectat, nec omnibus omnia, communiqueret: ad quod opus est, ut ad plures illustrations amplietur subiectum, nec in illuminatio contingat, & si non omnibus, omni, nec omnis, de quibus in superiori illuminante fuerit, neque eodem modo, sed pro cuiusque captu, scilicet alio manu perfeto, ut minus perfecta inferiori illuminandi cognitio fuerit. Producunt etiam Augustinus concione 18. in Psalm. 118. explicantes quomodo Deus de nobis intellectum cum media illustratione, & ministerio id præstat nos fecit; Sed si adhuc inquit, ministro vitum Angelus, postquam aliquid agere Angelus in mentem hominis, ut causa lucem Dei, & per hanc intelligat: sed ita dictio intellectum dare homini, & quasi (ut in dicimus) intellectum dare hominem, quemadmodum quicunque dictio lucem dare domini, vel dominum illuminare, cui sensu facit, infra. Deus autem, & mentem hominis rationalem, aveat intellectum fecit, qui posset capere lumen, etiam, & Angelum talen fecit, qui operari posset aliquid unde ad copiendum lumen. Dei mens adiuuans humanam Vade, inquit Vazquez, fecit, qui operari possit sensu, nihil interior in domo aliud agit, quam impeditam eternam ingressus lucis in illum aspergendo, documentum illuminare dicitur: ex sententia Augustini Angelus sicut in hominem, ac subinde in Angelum operari inteat, sed solum extensus doctrinam, & propositionem obiectum, rexitatis, de qua illustratus, vel immidiate, vel mediate (si supremi ordinis Angelus non est) à Deo fuit, ut Dei illustratio, & lumina metens illuminandi penerit, dum illum illuminat.

5. Ceterum mitis hoc Augustini testimonio pro fundum sententiam Patrum indigatorem, & interpres Vazquez nostrum pro sua haec sententia ei, cum Augustinus, expresè dicat. Porro quidem aliquid agere Angelus in mentem hominis, ut capiat lucem Dei, ac rufus, & Angelum talen fecit, qui operari posset aliquid (utique in mentem hominis, ut dicitur) vult ut capiendum lumen. Dei mens adiuuans humanam operari, & operari in mentem hominis inserat in ipsius Argid

Angeli operationem aperte significat, nec solum extrinsecam obiectum seu veritatis, & lucis diuinæ propositionem & quidem exemplo ipso fenebris, quo Augustinus suum fons explicavit doctrina hac opposita nostro Valsquez satis confirmatur, siquidem in domo ipsa, non autem in lumine ipsam Ingeluum agit, operatusque qui can aperte fenebris dicitur illuminare: ac proinde, et si ex parte luminis, seu illustrationis, & reuelationis Dei de veritate aliquaque, ut reuelata, proponenda est ab illuminante, nihil agendum ab Angelis sit præter propositionem simplicem, cum veritas, tum reuelatio, tum iudicij illuminantis Angelis, sua iudicij huius fui de eis veritatibus, ut a Deo relatis, ut inferior Angelus illuminetur: ex parte vero illuminandi agendum ab illuminante erit quidquid agi in eum oportet, ut veritas reuelatas, ac reuelationem, seu Dei illuminationem recipiat: expressus tamen cetero Valsquez sententiam hanc sicut tradidit a Cyriaco Alexander, in Ioan. c.9, vbi rogat: quonodo Deus illuminare omnem hominem venientem in mundum a Ioan. dicatur? quandoquidem, vnu homo ab aliis illuminatur: Euzechus a Philippactor, & omnes ab Apostolis, qui obiude Matth. 10, Lux mundi dicuntur: inquit, & vnu Angelus ab alio Zachar. 2. Respondeat. Sit enim lucem eis sanctos faciemur, & illas ad minus, quod rationabiliter creatura omnis illuminata traditiones, a mente sua, in mente alterius doctrinam infundit: quandoquidem illuminatione discendi ( sed docendi ) vnu potius, quam reuelationem nominamus: Det autem verbum, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminari, non docendo ut homines, sed forsan Angelis, sed potius creando, ut Deus unicuique semen sapientie, id est pietatis, atque intelligentie radices, infert. Cuius textus, ut expressus pro sua sententia sit illud: aut forsan Angelis solum obesse posse patet, quo videtur Cyillus de Angelis dubitare, quod docente, ut illuminant: ac proinde totus est in ostendendo particulam forsan non dubitabilius semper, sed auctoriam sapientie esse acutus hoc ex voce Graeca, quia vitetur Cyri, tantundemque, acce que significat: ex Aristotele, Rhetoric. eo tamen dato, Angelum, atque hominem docendo illuminare, & illuminando docere volummodo textus probat: non autem codem modo, atque homines Angelos docere, cum illuminant, præterim Angelos alios: de quo Cyillus ibi non agit, de illuminatione hominum ab Angelis, & ab his quidem obiectis & ceteris, ut idcirco forsan addat: quia de Angelorum, ad homines adhuc illuminatione suam sententiam ferre non curabat: quare, etiæ codem modo homines ab Angelis atque ab hominibus doceri, dum illuminantur, non solum permittere obliter Cyillus, sed ex propria sententia docuit, codem modo, atque homines ab aliis hominibus, vel Angelis edocentes, cum ab eis illuminantur Angelos etiatis, codem modo cum ab aliis Angelis illuminantur edocentes, minime inferretur, ex Cyriolo. Deum Cyilli mens in aperiore est: Deum scilicet, illuminare hominem omnem venientem in mundum, dum ipsius creatione, & in mundum ingens ingenium ad scendum, geniunq; ad pietatem, & honeste viuentium iudidit: quod neq; homo, neq; Angelus, cum alium illuminant possint prefigi, sed cum tantum instruire de veritatibus quomodo, siue eas illi proponendo, ut magistris humanis, siu reatu, siue veteris Discipuli mentem, aetiam etiam adiuuando: inquit neque hominem Discipulos docere posse, quin aliquid mediate, scilicet in eorum mentes agat, certum est ut iam ostendam.

6. Porro à ratione nîl praefati DD. pro se, suaque sententia producent, præter paritatem ab humano magisterio petram ( quae in illuminatione, & instructione vnius Angelis ab alio locum non habet, ut iam videbimus ) & aliarum omnium opinionum exclusionem, quæ tamen omnes, non facit summi excluduntur, ut ex nostra sententia constabitam vero sententia praefata adversariorum impugnatur. Primo quia illuminatio hæc doctrinalis ad modum humano magisterij prorsus, & omnino fieri nequit, nisi proposicio externa solum fiat per signa externea, vel ad placitum, vel naturale significantia, quibus Angelus illuminans loquitur illuminando: Atqui nulla figura externa, siue corpora, siue spiritualia, quibus Angelus ad Angelum loquatur possibilia sunt, ut ostendimus

d.4. q.4. cert. 2. ergo illuminatio hæc doctrinalis, & per modum humani magisterij externa propositione ampliori, & Rhetorica obiectuæ veritatis, de qua instruendis, illuminandis, amplificatione, & explicacione, est impossibilis: Secundo veritas, de quibus instruendi, illuminandi, & inferiores Angelis à superioribus sunt simplices, & ex parte obiectu pure materialis, eu modi sunt, ut simplici solum, nec Rhetorica obiectu amplificatione, & explicacione minores, aut alijs allegoris & metaphoris egeant, ut à quovis, non Angelo solum, sed iudicissimo etiam, aut hebetis nomine percipiatur, atque eas esse reuelatas à Deo atque ex Dei reuelatione illuminantem Angelum asserti, ac cum ita, cum de eis veritatibus, tum Dei reuelatione, suo, ut iudicis testari, dummodo species quæcumque, & quæ, lecsumque necessaria sunt) quibus mens illuminari actiua ad ea omnia percipienda excitetur, ad finit. Patet id quidem in omnibus obiectis propriis illuminationis hierarchia: si enim mihi, vel alteri hominum ( si quis sit) rudiiori species necessaria dentur, ut percipiam Michaelem, vel Angelum meum custodem testari mihi mysterium incarnationis futurum ex Dei reuelatione, vel Deum quidpiam aliud decreuisse, atque velle hoc à me, vel alio quibus fieri, certe simplici harum rerum propositione, & necessariis specimen actiua instructis, & excitatus eas omnes percipiam, & penetrabo, et si nullo artificio rhetorico & argumento, metaphorâ, allegoria, amplificatione, & proponant: inquit, et si mihi, aut rudiori illi Rhetorica illi argumenta, vel a simili, vel ab exemplo, vel ex allegoria, ac metaphora posteriorum rerum petita, ut eis venitibus reuelatis, vel absolute, vel circius, & facilius alieniar, inferire queant, ut illas esse, & à Deo reuelatas, & tam illas, quam Dei de illis reuelationem effici mihi ab Angelo testificari, percipiam, inferire nullatenus possunt: ergo multo minus Angelis ( mentis procul dubio perfectioris ) inferire poterunt, ut ea omnia percipiantur quibus, cum Beati sint ac testimonio superioris Angeli reuelatiois Dei de eis veritatibus certi, rhetorica illæ in eis proponendis amplificatione, & argumento, nequidem, ut aliter sensum facilius reuelati præsent, inferiuntur: cum ex simplici carmine, ut à Deo reuelatarum propositione sunt inducitanter, & inquietanter confusuri: et si autem ea amplior obiecti proposito inferire illuminato Angelo posset, adhuc actiua, & actio aliqua illuminantis Angeli in ipsius debet necessarij, ad illuminationem intecdere, ut iam ostendam n.7, quare sola illa rhetorica, & artificiali obiecti propositione nequit illuminatio contineri.

7. Dicendum igitur est: illuminationem hanc hierarchicam de veritatibus reuelatis ab Angelo illuminante ( quatenus præcisæ locutionem huius ad illuminandum Angelus dicit ) sola voluntate eius manifestandi simpliciter, et reuelatis à Deo suumque ascensum eisdem, ut à Deo reuelari contineri: quatenus vero illuminatio ex parte etiam actus primi excitationem dicit, coniuncte illuminati, addit specimen eis obiectis illuminationi, & productionem physice, actiue, vel saltem exactiue ab ea illuminantis voluntate prouenientem in illuminato: ac proinde, non in rhetorica illa amplificatione propositionis obiectorum, & veritatum reuelatarum ab illuminante, sed physica actiue, vel exactiue specimen illarum virtute, & effectione consilii: conclusionem hanc probatani reliquimus d.4. q.4. cert. 6. toto, vbi locutionem Angelorum de ea quipiam voluntate manifestandi alteri audituro, propterea ut loquens, staruebam usque excitationem vero audituri in specimen physica, actiue, vel exactiue ab ea voluntate, in huius mentem productione sic excusimus, ut nihil hic addendum refert ultra id, quod in conclusione antea maduerimus: feliciter illuminationem vnius Angelis ab alio, ac actu etiam primo, adequate sumptum, non foliam locutionem Angelii illuminantis in actu primo, seu liberam eius voluntatem, aliquid alteri manifestandi, sed excitationem ipsam illuminati perinde omittas species, ex quibus ipsius, & coram qua manifestare illi vult formalis intellectio, & auditio proueniat, includere. Huius sententiae subscrivunt Soar, c.13, n.24, §. ultimus ergo modus: ac deinceps Ariaga d.2, sect. 4, n.17, & ultima ergo sententia & de locutione Angelorum agens d.1, sect. 4, & ex antiquis Scotus supra, dum illuminationem fieri ab illuminante vel per effectiōem cognitionis in actu secundo, vel

ORTEGA  
In part  
D VIa.

286 Controu. V III. De Angelis.

in actu primo scilicet per species impressas in illuminato indifferenter docet Capreol. etiam in 2.d.11.q.2 ad priora argumenta. Durandi contra 2. concl. vbi ait confortari illuminatum Angelum ab illuminante impreffione participationis lumenis sui, scilicet qualitate intentionalis, qua nil aliud, nisi species impressa sua cognitionis esse, intelligi posset, & s.Thom. q.111.a.1.corp. ait. Angelum illuminare hominem perphantamata, Angelos vero per species puras, & nudas, & quidem impugnat DD. fententia precedens negare hoc minime possunt: siquidem excitatio ex parte actus primi proximi ad audiendum, percepitimumque in actu secundo veritates, & obiecta, de quibus illuminatus instrui ab illuminante potest, nisi per species impressas fieri nequit: non congenitas in instanti creationis, tum quia obiecta, & veritates, quae propria materia illuminationis, adhuc pure materialis, est supernaturalis vel, quod substantiam vel faltem, quod cognoscibiliter ab Angelo illuminando sunt, ut diximus, & quorum proinde species Angelis non debentur: tum quia omnino immutatis intellectus Angelii & species nequit magis nunc Angelus ad ea obiecta, corumque intellectum excitari, quam initio creationis, in quo casus accepit, & sane Henricus Maior, Heraeus, Vasquez, Arrabali, Luis Turrianus memorati cit. d. 49.4. cert. 4.n.1. & 2. a reflexa illa cognitione loquentis, quam signum locutionis angelica esse volunt, species in mente Angelii audituri, & illuminandi produci aint, quibus ad audiendum excutitur: Ac proinde nobiscum quod excitationem, & constitutionem illuminationis complete sumptu in actu primo proximo conuenient, eti in principio, a quo realiter formaliter proueniant, discordant sed tamen a voluntate manifestandi alteri, quod vult, Angelus loquens, & illuminans prouenire, satis euiciamus certamine sexto citato.

8. Opinions alias Scotistarum & nominalium de aliis modis, quibus illuminant Angelos agere in illuminatum debet, ut cum illuminent: Aliorum item, qui signis solum extrinsecis illuminare docent, ac de signis hisce peculiares cuiusque sententias, referre, ac refellere omittit: sunt enim conjectariae, ad cuiusque sententias de Angelorum locutionis singulatim affatimq; a nobis confutatae d. illa 4. quæst. 4. per certamin quinque: solum ergo explicatus proponendum est, quod iam est brevius dictum, vel insinuum de specierum hamab ab illuminante in illuminatum Angelum natura, cuiusnam propriæ species sunt? An veritatem reuelatarum à Deo, & reuelationis ipsius diuina? an solum iudicij quod de illis ob Dei reuelationem illuminans prehabet? an etiam libera voluntatis hac omnia manifestandi Angelo illuminando? ex huius quippe dubi resolutione alia, quae ab aliis ministrum examinantur refoluta, & decisa manebunt, est autem dicendum species has est solum propriæ iudicij Angelii illuminantis ob Dei reuelationem, vel immediate, & cum evidentiâ in artestante Deo; si ex supremo choro, & hierarchia sit, vel mediate, ac sine evidentiâ in Deo artestante si sit ex inferioribus choris, reuelationis autem ipsius ac veritatis reuelatorum species propriæ non est: quod negatum reuelationis probatur, quia huius species propriæ à solo Deo possunt physisse produci, nec est productionis carum in voluntate illa Angelii illuminantis physica adhuc exigenda: cum enim illuminatio hæc superiorib; Angelis ad inferiores demandetur, ut de veritatis reuelatis eas inserviant, catenus solum demandatur, ut Deum illas reuelasse testatumque de eis esse inferioribus superiores reuelant, quod immediata specierum propriæ reuelationis à Deo producio nocefarum non est: quare neque exigere voluntate manifestatio superioris illuminantis vilatenus poterit: in modo vero obicit multum, siquidem eis species productis Deus immediate, non autem per superiores inferioribus loqueretur, sive que veritates reuelabit: quod negatum vero de species propriæ reuelationis de eisdem testatur, sunt ab illuminato credendæ ad quod species propriæ non requiruntur earum veritatum: quare neque exigere possunt, ut patet: in modo plurimum communis opinione, si species propriæ carum veri-

tatum dantur, ac proinde intuitu veritates illa videantur, credi fide, adhuc diuina, non poterunt: quod, cum diuina fide verum non censeant: at hic fides etiam creatura ab Angelii illuminantis de ipsius, & reuelatione testimonium intercedit: quia ex parte, viso intuitu obtinet, & habecatur: quod positivum autem de species propriæ tam iudicij, cum voluntatis manifestatio illuminantis facile probatur: quia opus est, ut certus inferior Angelus sit de iudicio habito, a superiori illuminante de eis veritatis ex Dei reuelatione ut illuminato, superior illuminans testatur, ac insuper eumel, qui ipsi locutus, & de iudicio suo, ac Dei, ac reuelatione testificatur: quod nisi species impressas proprias, cum iudice, cum voluntatis illuminantis fieri nequit: ut patet: veritates autem ipsas, ac Dei de illis reuelationem non species propriæ, ut dixi, nouit, sed ex testimonio Angelii illuminantis quod euidentur, & intuitus, per species proprias cognoscit, inde bene Valq. & Alarcon, locis citatis cogitationem retinatum, & reuelationis Dei in Angelo illuminato clam non esse, sed obcuram docent.

9. Ex hac doctrina facilis venit intellectus sententia & rationis S.Thom. q.106. art.1. de confirmatione, & corroboratione mentis Angelii illuminati ad veritatem percepientias ex illuminatione superioris illuminantis: Scit, inquit, calidum corpus ex propinquitate calidi, preferit intentionis, alterius magis incalefacit, ut etiam intellectus Angelii inferioris ex conuersione superioris illuminantis ad ipsum magis corroboratur, quod enim corporis isti ordo propinquitatis, spiritualibus est ordo conuersiorum: Exemplum hoc, ut suam doctrinam probat per omnia corroborationem intellectus illuminati ab illuminante adaptatum à S. Thom. censentes eius discipulus Agid Romanus in 1.d.9.q.1.art.5. & Durandus d.11.q.7. S.Thom. validissime impugnans, nec responderi ipsi posse censeat Vasquez c.2. & 4. in quo euasionem Capreoli & Heraei ad Agidij, & Durandi, de se fatis leues impugnaciones confutat: led tamen nec in defendenda S.Thom. doctrina, illi adeo difficulter prouinciam suscepit, neque ha adeo acriter, vtramque confutatur si illud proloquum, Similitudo non debet in omnibus tenere, animaduertit, quod satie indicauit S. Thom. postremis verbis, quibus partitatem probat, est igitur sensus conuersione illuminantis ad illuminandum inferiorum confortari huius intellectum ad assensum veritatis de quibus illuminatio, non quidem augmento, & maiore incremento intellectus, vel qualitate confortat, aut corroborat, intellectus illuminati actue ab illuminante producta, & per conuersationem illuminatum inducta, sed quatenus solum iudicium de eis veritatis manifestat, ut diximus, cum ad illum illuminandum concurrit: cognitione autem de iudicio sapientiorum valde acta de eisdem iudicandum, minus sapientes confortat, ut quotidiana experientia dicimus: immo ex plurim, etiam non Capientiorum, iudicio, atque sententia, valde etiam ad eam sententiam, etiam à nobis præconceptam (quod difficilis est) tandem impellimus, & confirmamus. De Magistro autem superioris Angelii illuminantis respectus illuminationi, quod Dionysius, Patres, & Theologi admittunt (cum admodum omnino Magisterii humani per Rhetoricam veritatis, & obiecti propensionem, & ampliationem nequeat adsumere) ita bene Sandus Thomas ibidem docet, in eo statim: quod Angelus superior ex pluribus, que perfectiori actu simul noster, quodammodo huic, alia vero, vel aliud huic pro equaque expi & modo cognoscendi Angelii inferioris, quod est intelligentia inferioris reuelatio, que procul dubio superioris Angelii magna perfectio est, & magis propria: quemadmodum, est Angelus, vel etiam Deus, ut homines de veritatis aliquibus inserviant arque illuminant, modum, quo illi eas perceptui sim cognoscere necessario debent: non tamen inde co etiam modo ipsi directe cognoscere coguntur: modus enim illi-

ex parte obiecti cogniti se omnino habet, non autem ex parte subiecti cognoscens: ex parte autem obiecti illum modum cognoscere magna perfectio est, et si ita ex parte subiecti cognoscere imperfectio fore: de illuminatione Angelorum, erga homines, seu horum ab Angelis disputari hic à pluribus solet esse instituto, à Soario capite 16. Ariaga sectione 7. Vasquez d. 218. capite 4. et si non sub eo titulo: breuius Alarcon. numero 12. §. 5. primo sequitur: id tamen ad hierarchiam illuminationem, de qua hic, non spectat, sed ad ministeria Angelorum erga homines, & horum ab ipsiis custodiis de qua quæstione secunda vbi nos, quæ sine fatis, dicemus. Multa alia dubia, & difficultates circa illuminationem mouent Soarius capite 14. & 15. Ariaga sectione 6, quæ omnia, vel rata iam in superioribus sunt, vel anticipato decisa, ut dubitandi iuxta nostram doctrinam, ne anfusa quidem remaneat.



## Q V E S T I O   I I .

*De Angelorum erga homines officiis  
seu de hominum ab Angelis cu-  
stodia, & malis Demonum erga  
nos officiis.*

**A**X dictis tota præsenti controv. non tam discur-  
su, quam memoria summario quæstio absolu-  
etur præsens: quandoquidem solum ad dictis proxima  
extendi paululum discursum opus erit,

## C E R T A M E N   I .

*De Angelorum custodia, & bonis  
erga homines officiis.*

**A**ngelos hominum custodiæ deputatos à Deo esse certum vniuersim est; ne quidem ab hereticis vlo negantur; tametibz dubitatum à Calvino, ac negatum demum fuerit singulis hominibus Angelos singulos deputatos libro primo institutione capite 14. §. 7. & in Psalm. 92. ad illa verba. *Angeli suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*, quæ etiæ sanctus Augustinus ibi, ac Beda, & Ambrosius in Luce capite quarto, Irén. libro 5. capite 12. specialiter de Christo interpretentur, non tamen negant de aliis etiam ad literam intelligi, qui primo Psalmi versu abs dubio continentur verbis illis. *Qui habitas in adiutorio alijs simi*: quate de omnibus, iustis fateam, & in Deum sperantibus, ipsiisque timentibus ea verba exponunt Patres Basilius, Theodoreus, & iuxta id Psalmi 33. *Immitis Angelus Domini in circuio timentium eum*, & cibis ei: quod insuper ex communi, & constanti apud Patres omnes, & Ecclesiam totam sententia de custodiis Angelis singulis, ad singularem hominum custodiæ à Deo destinatis certum adeo est, ut nequeat circa intentem temeritatem negari: quamvis non sit ita expedit in scriptura contentum, aut in Concilis cum tota sua generalitate definitum. Videndi, de hoc sunt Dionysius 9. de cœlesti hierarch. Clement. Alexand. 6. Stromat. sub fine. Origenes hom. 8. Iaia sub iusticio. Chrysostomus tom. 3. sermon. de ascensione, Theodoreus 3. de curatione Grec. sub fine, & 18. in quarto, capite 27. articulo 31. Ambrosius lib. de vidu.

post med. in Psal. 37. & Psalm. 43. ad id. *Qui mandauit sa-  
lutes Iacob.*

2. Addiderim conclusionem hanc de Angelica omni-  
num, & singulorum hominum, ab ortu latenter suo  
custodia fidei proximam esse, & oppositum, non  
solum valde temerarium, sed erroneum; et si non ita  
certum sit singulis hominibus Angelos singulos custo-  
dis esse, ut nullus plurium hominum saltem succel-  
sue habeat curam: de postremo hoc constabit ex  
dicendis numero quarto, de primo constat ex Mat-  
theo 18. *Videte ne contemnatis unum de pusillis isis;* dico enim vobis, quia Angelii eorum in celis semper  
videm faciem Patris: Etiam enim verba hæc de pusili-  
lis seu parvulis, qui Christum, tunc circumstabant,  
solenmodo sounent eum ratio eadem de omnibus sic,  
ne illi omnes, qui adistabant fuerint ex reliqua pue-  
rorum turba, quo eo casu contenerent, a Christo  
Domino selecti, ut eam proferret sententiam, quod de  
eis sonabat, de pueris, & infantibus reliquis di-  
cebat: ac proinde doctinalis, & de omnibus senten-  
tia fuit: ex quibus verbis Sanctus Hieronymus ibi  
tantum animarum omnium dignitatem esse commen-  
dat, ut unaqueque ab ortu nascitatis habeat in ea  
fædia sui Angelum delegatum. Reperiit ad 5. Ecclæ-  
siast., & Iaia 66. epistola 27. ad Eustachium init. Ba-  
silii 3. contra Evanđelii init. de vera virginit. prope me-  
dium. Idiorum 1. de summo bono capite 10. Beda,  
quæstione 9. ex variis, & Actor. 12. Aufelius cir-  
ca med. Elucidatus Bernard. 5. de confidet. capite ter-  
tio, sermone 12. in Psalm. 90. *Qui habebis*, & via  
tra datos locis numero primo. Nisenus de vita  
Moyis. Chrysostomus hom. 3. ad Colosenses & oratio-  
ne 14. ad Hebreos. Anatalius Nisén, quæstione 61.  
in scripturam Theodor. quæstioñe tertia in Genes. &  
oratione 10. in Daniel. Cæsian. collatione 8. capite 17.  
Athanasius de communii estent. sub fin. Eusebius 13.  
de preparatione Euangel. capite septimo. Clem. Al-  
exand. 6. Stromat. qui duo afferunt dogmata hoc à Pla-  
to, & Socrate fuisse ex scriptura assertum. Testi-  
monia ex Philosophis immensa sparsim apud no-  
strum Babalam repertis, & apud Eusebium proxime  
Laßantium libro secundo, capite 15. Minut. felicem  
in suo Octauio, Clemens Alexandrinus 1. Stromat.  
& adhortatoria ad gent. Plutarachum 1. de Iside. 5.  
Augustinum 8. de ciuitate capite 14. Eugubin. 8. de  
peren. Philosophia capite 25. apud quos Socrates,  
Plato, Hesiodus, Pythagoras, Xenocrates, & Chri-  
stippus quæ de sapientissimis ex Philosopho Chris-  
tianus, & Marry. Iustini strenue scripti quæstionis  
30. ad gent. nec ieiunè Origenes 3. Periarch. capi-  
te secundo, homilia 11. in Numeros, homilia 23. in  
Lucan. ac reliqui Patres, & Interpretes, ad loca re-  
citatæ ex Psalm. 90. & Matthei 18. Actor. 12. Ge-  
nes. 48. Judith. 13. & ad Hebreos 1. *Omnes sane  
administratori Spiritus in ministerium missi propero eos*,  
qui hereditatem capiunt salutis.

3. Hoc vero textu fundamentum idemtitaris ratio-  
nis pro custodia singulis omnibus, ac reliquis parvulis  
ac colim iis, qui Christo tunc aderant, à Deo depu-  
tata, ut credenda contineatur: custodia, siquidem An-  
gelorum deputata hominibus à Deo fuit, ut adiutorium  
corum infirmatum, & contra Dæmonum potentissi-  
morum hostiam infidias, ac tentationes præsidium va-  
lidissimum in pædagogis tutoribus Angelis custodibus  
haberent, & defiderat, dispositamque amica Dei  
prudentia, æternam salutem consequerentur: atqui  
æterna salutis defiderium, serium quidem, & ardens,  
ac mediorum ad eius consecrationem sufficienium,  
(ultra sufficientem etiam missimum) erga omnes, &  
singulos homines Deo adepti semper iuxta illud. *Vale  
omnes homines saluos fieri*, &c. & ex quo editi in Ju-  
cem à matribz fuere, infidias Dæmonum, ut sine Ba-  
ptismo, & in originali decadant, patent, impetu-  
turque, atque ex tunc custodia Angeli inacti sunt  
definiti: Ergo ex tunc Angelii officiis custodiæ  
committantur parvuli omnes: quod autem Calvinus,  
atque ex eo affectæ contra Catholicam hanc verita-  
tem obgängiunt nullius est pondus. Aliunt enim:

maioris